
NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
42H
18
ROMA





ILLVSTRIS

IN HYMNOS ECCLESIASTICOS,

Fratris Ioan. Pauli Palanterij, à Castro Bononiensi, S.T.D. Dei, & Apostol. Sedis gratia, Ciuitatis Aquiloniæ Episcopi, veluti Gemma Clarissima resplendens,

EXPLANATIO.

Tùm cæteris Fidelibus maximè Vtilis, Tum Concionatoribus potissimùm apprimè necessaria.

Quæstionibus Scholasticis occurrentibus adiun[illegible]
Et duplici Alphabetico Indice ornata.



BONONIAE, Apud Ioan. Baptistam Bellagambam. Cal. Martij. M. D C. V I.

PERMISSV SVPERIORVM.



AD SANCTISSIMVM,
DIVINA PROVIDENTIA,
PAVLVM QVINTVM
Pontif. Max.





NON vlla ostentatione, Sanctissime Pater, non vlla, quam ipse Animo de me falsò imbiberim, opinione, ad tàm Egregium, tàm arduum, tantique laboris Opus, Animum adieci, & manum admoui: Sed ea re potius, vt ne, quod nefas erat, Diuino Spiritui repugnare, & resistere viderer: Qui me, vt omninò explanationis huiusce Prouintiam aggrederer, tacitus in Dies vehementer incitans inflammabat: Quem ego Ducem, & impigrè semper antea, vt decet, Sectatus sum, & post hac, dum vita suppeditabit, Animo quoque sectabor impigerrimo. Quare Beatissime Pater, hosce mei ingenij fructus ex Animo tibi dicatos.



AD SANCTISSIMVM, DIVINA PROVIDENTIA, PAVLVM QVINTVM Pontif. Max.





ON vlla ostentatione, Sanctissime Pater, non vlla, quam ipse Animo de me falsò imbiberim, opinione, ad tàm Egregium, tàm arduum, tantique laboris Opus, Animum adieci, & manum admoui: Sed ea re potius, vt ne, quod nefas erat, Diuino Spiritui repugnare, & resistere viderer: Qui me, vt omninò explanationis huiusce Prouintiam aggrederer, tacitus in Dies vehementer incitans inflammabat: Quem ego Ducem, & impigrè semper antea, vt decet, Sectatus sum, & post hac, dum vita suppeditabit, Animo quoque sectabor impigerrimo. Quare Beatissime Pater, hosce mei ingenij fructus ex Animo tibi dicatos

catos accipe quæso, meq́; alarum tuarum vmbra protege, diuq́; vt precor, Vale. Bononiæ. Cal. Martij. M.DC.VI.

Infimus, Frater Io. Paulus Palanterius,

Episcopus Laquedonensis.

AD LECTOREM Carmina.



IGNIFICATA, volens, Hymnorum noſcere Sacra
Scripturæ Lector, ſiſte parumper adhùc.
Alter hic in Terra Paulus, ſed Epiſcopus Vrbis
Nunc Laquedonenſis, cùm Pietate docet.
Eſt breuis, & facilis, ſed longos, difficileſq;
Explanans paſſus, tàm benè pandit iter.
Sunt etenim tria, quæ retrahunt Virtutis Alumnos
A ſcripturarum Tramite difficili.
Scilicet Authorum primùm diuerſa voluntas:
Poſt hac, Librorum Copia magna nimis.
Tertia poſt ſequitur Pars, Materiam inueniendi.
Author hic iccircò ritè peregit Opus.
Nam Bonauenturæ, Auguſtini, Dogma Thomæq;,
Vt magis excellens, maluit iſte ſequi.
Materiam ſuperauit Opus, quod condidit Author:
Enucleauit enim, quicquid Opus fuerat.
Et digeſſit idem, Alphabeti litterularum
Ordine: Materiam quiſquis vt inueniat.
Eia ergò, perpende, vide, lege, volue Volumen
Doctrinæ plenæ, & fertilis, inſtar Agri:

Si quid

Si quid & esse boni inuenies; laudare memento
Illum; qui summum dicitur esse Bonum.
Tu tamen intereà, mi Lector, viue beatus:
Sed plusquam vixit Nestor in Orbe: Vale.



Perlegi hoc Opus, & nihil in eo reperi Ecclesiasticis Dogmatibus aduersum.

D. Gabriel Sotterius Deputatus.

Ego D. Rutilius vidi, ac perlegi hoc Opus, & nihil inueni, quod repugnet, vel Ecclesiæ, vel bonis moribus, & ideo potest imprimi.

Ego qui supra D. Rutilius Gallicinus Deputatus, confirmo vt supra.

Stantibus supradictis attestationibus Imprimi posse hoc Hymnorum Ecclesiasticorum, Opus censeo.

Ego Fr. Sanctus Ariminensis Augustinianus Deputatus.

Visis supradictis attestationibus virorum, omni fide dignorum concedo vt Imprimatur hic Liber Hymnorum Ecclesiasticorum, &c.

Fr. Petrus Martyr Vrceanus Inquisitor Bonon.



EO fauente, mentemq́; meā illuminante, Hymnos expositurus, varijs omissis Auctoribus, qui Hymnos composuerunt, vt D. Gregorius, Prudentius, Ambrosius, & Sedulius, Prudentissimum quendam virum nomine Hilariū sequar, qui compendiosè Hymnos videns iam compositos in vnum collegit, in quo omnes continentur. Vbi scopus principalis erit circa illos, qui in feria prima cātari solent, & sic deinceps secundum ordinem. Verùm ne sit aliqua apud nostrum confusio intellectum, hac methodo procedemus, quid hymnus sit; Primò dilucidantes; Insuper, quid Canticum; Tertiò, quæ hymnorum vtilitas; Quartò, quid sit feria; Quintò, quæ hymnorum materia. Quò ad primum; Hymnus, nil aliud est, quam Dei laus, cum Cantico. Vnde Canticum, dimissa illa secundum grammaticos significatione, qua dici solet, quod est elegans, & lasciuus Cantus, sic describitur, vt nostro negotio inseruit, dum dicitur, quòd est mentis exultatio de bonis æternis concepta prorumpens in vocem. Quoniam ergo liber iste, quem præmanibus habemus nos Deum laudare docet cum exultatione de æternis habita, non solum corde, sed etiam voce, idcircò congruè hymnorum liber dicitur. Nunc agendùm de huius libri vtilitate, siue hymnorum, quæ vt intuenti patet, maxima est; Nam hoc libro perlecto, de facili vnusquisq; nostrum, Dei cognitionem, qui trinus personaliter, & vnus essentialiter poterit habere, iuxta Athanasij dictum in Symbolo suo, ita dicentis: Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus, non tamen tres Dij, sed vnus est Deus. Nunc quid feria sit, quæso dicamus; Nā nil aliud est quam

Titulus libri est hymnorum.

Quid sit hymnus.

Quid sit Canticū.

Vtilitas hymnorum.

Quid sit feria.

Est enim Dies solennis. solennis Dies. Vnde Beatus Siluester videns Hæbreos dicentes: Prima Sabbati: Secunda Sabbati, & sic deinceps: Præterea, tanquam ab alta specula cernens, gentiles Deorum suorum nomina, vel stellarum posuisse, vt Dies lunæ: Dies martis, &c. Nolensq; eorum mores sectari, neque hæbreorum sectam imitari, propterea hoc nomen feria inuenit, sed in Calce septimanæ sabbatum seruauit. Quod

Quid sabbatum. Vnde sabbatū dicitur quod septem significat Dies. (factum fuisse ad figurā procomperto habeatis velim, dicitur enim sabbatum sonare quietem, & ideo nos per totam hebdomadam, hoc est per totum vitæ nostræ spatium, quod currit spatio septem dierū, elaborare, ac niti debemus, vt tandem ad illam requiem, & supernaturalem Beatitudinem de qua D. Augustinus: Fecisti nos Domine ad te, &c. peruenire valeamus. Denique vt ad primum hymnum explanandum, nobis facilis detur aditus, de hymnorum materia quæso hilari vultu verba faciamus ita dicentes, quod vnusquisque hymnus, suam (vt norunt Docti) materiam habet; Nam in illis, qui sunt de nocte, tempus ipsum pro materia sumendū, hoc est temporis ipsius significatio, vt à nobis ignorantiæ tenebras expellat, & vitiorum, nosq; virtutibus tandem, Sanctiq; Spiritus charitate informet

Materia hymnorum.

Ray. cap. 1. de qua Rayn. Capite Primo, multa dicit. In illis verò, qui de Die sunt, tunc materia lumen ipsum, sumenda, & hoc ad Deum Optimum Max. deprecandum, vt quemadmodum nos Solis claritate, & splendore, illuminare dicitur in corpore, ita non dedignetur, sua ineffabili misericordia, Spiritus Sancti gratia in mente (vt optamus) illuminare. In sequenti Primum in ordine hymnum aggrediemur. Hæc intantum.

Primo

Primo Dierum Omnium.



D Dei laudem nostramq; vtilitatem, ī ordine Primum explicabimus hymnum, cuius Materia non in qua, nec ex qua, sed circa quam, dicitur esse laudatio, siue laus, vel Diei commendatio. Vbi sciendum, quòd Dies Primus ab omnibus Dies Dominicus nuncupatur, & hoc respectu omnium Dierum; Nam Die tali, Christus Resurrexit; Mundum de nihilo condidit siue creauit, hoc est formauit, & nos à morte liberauit, vt Dei Eccl. Canit. Qui mortem nostram, &c. vt quoque Rom. 4. ait Paulus Apostolus. Ideo dicitur: Primo Dierum omnium, hoc est, à Primo, vel in Primo omnium Dierum, est Dies Dominicus: Quo videlicet Die, Mundus extat conditus, factus, atq; Productus. Hic illi taceant, qui Mundum Aeternum esse somniarunt: Quiuè Mundum quidem factum autumarunt, sed materiale Principium habuisse, & non de Nihilo Productum. Obmutescant similiter, qui dicere ausi sunt: Deum creaturas superiores per se produxisse, inferiores verò per Angelorum Ministerium. Abeant illi quoque in malam Crucem, qui duo principia posuere, vt Manichæi, vnum summe bonum, & aliud summe Malum ita dicentes: Incorruptibilia à Bono esse Principio, Curruptibilia verò a Malo. Quos errores Moyses excludit. Primum cum dicit: In Principio: Secundum ibi creauit; Tertium dum dicit, Deus; Quartum, ibi Cælum, & terram; Nunc verò dicitur, quo Mundus extat conditus. Qui licet, vt Mundus à Deo productus sit bonus, nihilominus ratione

Materia hymni.

Quis Dies prim⁹.

Rom. 4.

Errores circa mũdi creationem.

annexi, dici potest malus, eo quia malignitate, deceptionibus, Superbia, Arrogantia, & Ambitione
D. Io. 2. plenus. Hinc D. Io. dicere consueuit; Nolite diligere Mundum, neque ea, quæ sunt in Mundo, quoniam omne, quod est in Mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Quare nollo modo Mundi dilectio, Diuinæ dilectioni præponenda; neque ipso fruendum, sicuti Deo conditore, de quo dicitur; Quò Mundus extat conditus. Hic velim sciatis, vt iam prætactum fuit, quòd non hoc solum, est verũ, sed etiam id quod sequitur, videlicet, Diem Domin. omnibus alijs diebus maiorem, ac præuiam; Nam die tali, sumus liberati à morte, & à Diaboli potestate, dum Christus Dominus noster infernum expoliauit. Quare iterum, atque iterum, vt iam morte victa, nos liberet, rogandus. Ad quam rem obtinendam, omnes citius, hoc est valde cito resurgere à peccato debemus, & hoc est quod subditur Surgamus omnes ocyus Pulsis Procul torporibus, idest à vitijs, atq; peccatis. Hic velim noteris discrimen inter vitium, & peccatum; Nam vitium illud est, quod virtuti opponitur, & à vito dicitur, eo quia vitãdum sit, ac fugiendũ. Peccatum vero illud, quòd culpam dicit. Vnde Doctor Bonauent. lib. 3. d. 3. Art. 11. q. 1. ait. Peccatum, & vitium sic differunt; Nam peccatum culpam dicit: Vitium verò culpę sequelam. Quo facto, Pium, hoc est Christum quæremus, nocte potissimũ, sicut Prophetam nouimus, hoc est vt Vates ait; Media nocte surgebam, &c. Hic vobis notandum, cum per Pium Christum nos intelligere debeamus, quod Christus vt scribit Gabriel dist. xxx. q. 4. lib. 1. & d. b. q. 11. lib. 3. est nomen personæ subsistentis in duabus naturis; Diuina videlicet, & humana; Non autem Christus, est

Mundus multiplex vt habetur in Cõpendio Theologiæ pag. 90.

Not. de vitio, & peccato obiter.

Sanctus Bonau.

Notã. de Christo.

Gabriel dist. xxx.

duæ naturæ, quia supponit Christus pro verbi persona, & non pro humana natura, licet connotet naturam humanam assumptam. Quæramus ergo Pium vt preces nostras, siue orationes audiat.i.exaudiat. Quæ pro & porrigat, hoc est demonstret, suamq; manũ dexteram ponat, ideſt nobis cõcedat suæ misericordiæ adiutorium, vt tandem nos expiatos, siue expeditos, vel purgatos, vel sordibus absolutos, & à vitijs, & peccatis, reddat Polorũ sedibus, ideſt Cælorum vbi Dei specialiter sedes est. Quotuplex autẽ sit Cælum legite Cõpendium Theologiæ pag. 103. vbi notatu digna habetis. Sed ad quid hoc desiderãdũ? certè vt quiq; sacratissimo tẽpore nos, qui psallimus, atq; cantamus Domino horis quietis vt puta noctis, quia in nocte potissimum homo dicitur in sacro tempore id facere, quo ipse Christus Resurrexit huius Diei Dominicæ, muneret nos, hoc est nobis præmium donet, siue in Die Iudicij meritum donis beatis, hoc est cum beatis præmijs; Nam in tempore tali sacratissimo, puta Iudicij vnusquisque suam mercedem recipiet, sicut gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Superest ergo vt Deum ipsum postulemus, ac abundanter Patrem precemur, eiusq; claritatem modo, vt libido sordidans, siue luxuria detestanda, omnisq; actus noxius, siue nociuus longè sit à nobis iuxta hos versus. Iam nũc Paterna claritas, te postulamus affatim, ideſt abundantissimè, absit libido sordidans, omnisq; actus noxius: Ne fœda sit, vel lubrica, compago nostri corporis, hoc est, ne compago siue corporis nostri fœda coniunctio, sit lubrica, siue ad luxuriam apta, per quam compositionem omnis homo ex anima, & corpore cõponi dicitur; Ne crememur, siue puniamur, ac in tormentis acribus affligamur iuxtà præsentẽ sermonem, per quem auerni ignibus ipsi crememur

Quid per Dei dexteram.

De Cælo Compẽd.

Tẽpore.

Quid cõpago.

memur acerius, hoc est valde, siue fortiter, & nimis acerbè; Nam auernus infernus dicitur, & sine delectatione, in inferno enim nulla prorsus datur delectatio, at summa miseria. Vel dicatis quod auernus, sit in inferno locus, vbi ignis semper, in quo impij cruciantur semper. Quo autem modo ibi impij cruciari dicantur Scotum legite lib. 4. d. 9. 8. 9. r. Nos interim huiuscemodi cruciatus subterfugere volentes, id quod subsequitur ad modum orantis, ita dicemus. Ob hoc Redemptor quæsumus .i. ò Redemptor, qui redemisti nos in sanguine tuo, te ob id rogamus, vt non dedigneris probra nostra, hoc est peccata, siue vitia nostra diluere, & delendo nobis te ipsum benignum conferre, siue ostendere vt per te vtilia perennis vitæ, ac perpetuæ valeamus inuenire ; Vnde benignus commoda, &c. Quo carnis actu exules. Vbi sumitur quo pro vt, vel quia nos effecti exules, siue peregrini à Patria Cœlesti actu carnis, hoc est per carnis operationem, & peccatū, ipsi cælibes effecti, idest mereamur fieri cælestes, vt nos cernui, hoc est respicientes, melos canamus gloriæ, idest dulcem cantum, corde, ore, & opere tuæ gloriæ, ita vt nobis detur dicere Amen, hoc est sine defectu, & consequi quod petimus; Nam A, vt vos nō fugit, significat sine, & mene .i. defectu, vnde Amē nil aliud sonat, quàm sine defectu. Hinc luna solet dici mene, hoc est defitiens, eo quia omni mense deficiat, ideo hic dicitur Amen, hoc est Pater Pijssime sine initio, & fine Patriq; compar vnice, cum Spiritu Paraclito regnans per omne seculum, concedere ne dedignemini, quod humili corde petimus, vt hylari vultu, valeamus dicere Amen .i. fiat.

Quid auernus. *Scotus lib. 4.* *De Luna speculatio accidentalis.*

Hæc satis.

Primo

Primo Dierum. Num à Deo cuncta producta.

NE quid vitio dari mihi possit, circa primum in ordine hymnum hodie versabor, vbi duo faciam; Primo inquiram, nũ omnia sint à Deo producta, vt verba hymni huius prima sonare videbantur; insuper, quia mentio facta fuit de die, propterea varia significata Diei apponam. Quantum attinet ad primum, mihi aspectu primo videtur esse dicendum, quod nõ; Nam dantur entia aliqua, quæ intelligi possunt absque habitudine ad causam, cum talis, sit minime de entium ratione, ideo nil prohibet, aliqua dari entia non producta à Deo. Insuper, quod potest non esse, quo modo causa eget efficiente? Verùm in nobis multa dantur necessaria, & ideo non omnia videntur esse à Deo producta. In contrarium se habet verba huius hymni, & Apostolus Rom. xj. Ex ipso per ipsum, & in ipso sunt omnia. Quare tenendum, omne quod quocunque modo, est fore à Deo, & ideo ad rationes formatas quid dicendum audite; Nam & si habitudo ad caussã minime sit de ratione entis, neque intret diffinitionem eius, ob id non sequitur, quin tale ens non sit causatum, sicut nec homo quin sit risibilis, & ita ratio de facili prima ruit. Ad alteram negatur, id quod necessarium est, non habere in his inferioribus caussam; Nam dantur quædã necessaria per Aristotelem libro quinto Diuin. quæ *Rom. 11.*

suæ

suæ necessitatis causam habent, vt in proposito, & ita ruit ratio. Nunc dirigatur nostra oratio ad Diei significata, solet enim in sacra scriptura, Dies tribus accipi modis; Primò temporaliter; Secundò moraliter; Tertiò Allegoricè. Primo modo, Dies, est solis præsentia super terram vt in hoc hymno. Secundo modo prosperitas, Dies vocatur; Tertio, lex noua Dies Appellatur. His addite vos, quod quandoque solet etiam dari Dies Malus, & quandoque bonus, ratione tamen diuersa, hoc est non ratione sui, sed quatenus mensura, est bonæ, vel malæ actionis, iuxta illud Apostoli Ephes. 5. Redimentes tempus, quoniam Dies mali sunt. Sic Dies bonus, benedictus, & sanctus, & quia mensura, sit operationis alicuius, in qua fit benedictio; & sanctificatio. Vnde ad aures D. Bonauen. dist. xv. lib. 11. circa textum, Diem aliquem benedicere, & sanctificare, nil aliud est, quàm Diem tali actioni vt mensuram deputari. Quoniam igitur Deus omnia facit propter hominis instructionem, idcirco hominem vt erudiret, non solum verbo, sed etiam opere, ipsi licentiam operandi dedit, & intendendi inferioribus rebus. Insuper, vt Die septimo ab omni opere cessauit, ita voluit, quod septimo Die, homo ab omni opere cessaret, & ei inhæreret, & inhærendo per amorem quiesceret. Ex quo ergo vides, ò homo, quæ sint tuæ partes, cura Deo placere, vt in ipso valeas sine fine quiescere.

Diei signi ficata vt not. Valē tia Psal- mo. 1.

Dies bonus.

Dies malus.

Ad Eph. V.

Quid sit Diem sanctificare.

Aeternæ

Aeterne rerum conditor.


HODIERNA die versaturi circa secundum in ordine hymnum, huius materiā Primò cōsiderabimus, deinde ad eiusdem explanationem accedemus; Materia ergo hymni, est commendatio, atq; laudatio Diei Dominici, dum dicitur: Aeterne rerum conditor. Quid æternum sonet hoc vocabulum, antequā vlterius tendamus, quæso audite; Nam multis accipi solet modis, vt in Diuinis, est videre oraculis, & vt perbellè adnotat Alex. de Alef. 3. p. summæ, p. 11. in materia sacrificiorum, at proprijssimè, vt hic habet capi, æternum illud dicendum, cuius non est finis, nec durationis principium, aut stabilitatis; Quo modo, solus Deus æternus; Num verò res ita se se habeat D. Thomam legite p. p. summæ q. x. Art. 2. Vbi quid æternum luce clarius apparet, at hic dum dicitur. Eterne rerum conditor. Hic velim notetis, ac distinguatis discrimen inter æternum, perpetuū, sempiternum, & temporale. Aeternum enim vt iam paulo ante diximus, illud est, quod principio caret, & fine; Perpetuum verò illud, quod habet principiū sub tempore, nec finem habebit, vt creatio animæ. Temporale autem illud, quod incipit cum tempore, & finem habet, vt hominis corpus. ò igitur æterne .i. Deus, qui principium minimè habuisti, nec finē habebis, & ò Conditor, siue factor rerum, quiq; mundum siue creaturam mundi in triplicem gradū distinxisti, videlicet, in Corporalem tantum, vt elementa; In spiritualem tantum, vt Angelica natura; Demum in compositam ex his, puta materia, & for-

Hymni materia.

Alens. 3. p.

Quid æternum.

D. Thomas.

Notan. aureum.

Quid æternum.

Creaturarum Dist.

ma, vt homo, iure igitur diceris æternus conditor. His accedit, quòd corporalē quoque distinxisti naturam in corpora lucida, vt fydera, & opaca, vt terra, & metalla, & huiusmodi: Perspicua verò, siue Diaphana, vt aer, & aqua. Rerum deinceps productarum, quædam secundum D. Greg. esse dicuntur habere tantum, vt lapides: Quædam viuere, vt Arbores: Quædam sentire, vt animalia: Quędam intelligere, vt Angeli, & homines, qui à Deo vt cætera, sunt conditi: Aeterne ergo rerum Conditor, qui regis Diem, & noctem; & huius mundi dispositionem, & gubernas tempora diuersa, & das temporum tempora; quia aliquando æstatis das tempora; Aliquādo veris; Aliquando hyemis, & autumni, vt alleues fastidium, hoc est tedium; Quia si nobis semper Aestas foret, proculdubio tedium in nobis agenerarer; Si semper esset hyems, non secus tedium, & ita infælix homo, ac miser, semper in labore nimio inueniretur. Verùm Deus Benedictus, misericordia motus laboris terminū posuit, vt est Dies: Posuit quoque terminum requiei, & ecce nox. Vnde si semper nox foret, proculdubio homo deficeret; Præterea si Dies esset semper, ita semper laborādo, & insudando homo periret. Hinc Conditoris nostri Prouidentia ponderanda, de qua Rayn. pag. 192. Capite primo graphicè tractat, & secundo, & tertio, quem vos videre adhortor; Nam vir iste, digna consideratione, dicit. Subinfertur versiculus in ordine secundus enodandus, qui sic se habet. Præco Diei iam sonet, &c. Vbi per pręconem, Io. Baptistam intelligatis velim, qui Diei præconizator, hoc est Christi, fuit dū dixit: Ecce Agnus Dei, &c. Noctis quoque profundæ peruigil fuisse dicitur; dum vigilando, fortiter Christum annuntiauit profundæ noctis, hoc est in inferno Sanctis Patribus, manifestando ipsis, qualiter

Mens D. Greg.

Ray. pag. 192.

Quis Christi Pręco.

liter

liter mundo Christum prædicauit, & baptizauit, ideò dicitur: Preco Diei iam sonet, &c. Deinde nocturna lux viantibus ipse fuit, quatenus in mundo isto, est nocturna concionatus. Obscuro viantibus .i. ad Christum ambulantibus. Noctem à nocte segregans, hoc est diuidens noctem .i. animam peccatricem, de suis peccatis, agere pœnitentiam volentem, ab illa, quæ Deum factorem suum dereliquit culpa sua siue peccatorum multitudine, nec agere pœnitentiam curauit. Vlterius, vt lucifer suo motu soluit Poli Caliginem, ac destruit, nec non cæli obscuritatem ante se existentem reijcit siue dispellit, ita Io. Baptista in Christi aduentu, hæreticorum obscuritatem funditus destruxit, ideo dicitur, hic excitator, siue excitatus lucifer soluit Polum Caligine, vnde omnis chorus, siue societas omnis, errorum viam nocendi deserit. Sanctæ Rom. Eccl. Prælati, hic quæso animaduertant, & sacerdotes alij, qui singuli dici queunt lucifer; hoc est lucem ferentes, eo quia lucere debeant in huius mundi nocte per bonum exemplũ, & opera bona, nec non per prædicationem, soluere, & caliginem destruere .i. Populi peccatum, vt viam peccati deserat, ac penitus dimittat .i. Nam sic Peccator audita Prælati concione, fortificatur, siue vires, ac fortitudinem recipit, veluti Nauta vires in luciferi ortu, recipit, & hoc est, quod hic dicitur: Hoc Nauta vires colligit, id est vires recipit, ac fortior fit, dum freta, .i. tempestas fatigatur tempore noctis, ne submergatur, sed saluus fiat. Non secus lucente lucifero .i. Prælato, Peccator ab errorum choro .i. peccatorũm seruitute, siue multitudine, per Dei verbi concionem dicitur recedere, viresq; hoc est, virtutes colligere, & Dei gratiam. Vnde freta Ponti, id est tempestas Diaboli, mitescunt, ac mansuescunt circa peccatorem, & ideo dicitur; Hæc ipsa Petra Ecclesiæ

Not. de Prelatis.

Nauta & peccator quomodo se habeant.

.i. Beati Petri exemplum, qui fundamentum dicitur Eccl. esse iuxta Saluatoris nostri pronunciatum; Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo Eccl. meã. Quiq; peccatum diluisse trinæ negationis plorando dicitur, eo quia Christus veniam ipsi, sit libentissimè largitus. Vnde vt Nauta præ nimio noctis labore, fatigatus, tendit ad litus, vt vires ibi aliquantulum recipiat suas, non secus anima fatigata, vitiorũ, & peccatorum labore nimio, Portum .i. ad Christũ, qui ianua, est omnium bene agere volentium per confessionem, currit, & tunc vires colligit beatæ operationis, & sic freta Dei adminiculo, ponti huius.i.mundi ebulitiones omnes mansuescunt. Quod cum ita sit quæso surgamus omnes strenuè, hoc est sollicitè, ac diligenter, quia vt gallus vicibus multis de nocte, pigros, nec non somnolentos, siue iacentes, ad surgendum, & vigilandum excitat, non secus Christus, vel Prælatus quilibet cantando, ac prædicando, iacentes excitat, hoc est in peccatis morantes, & somnolentos increpat in errore dormientes, nec à peccato surgere volentes. O' Miseri, ac infælices Peccatores, cur nõ expergessimini, à somno peccati, quasi non sit peccatum fugiendum, vt
Eccl.xxi. Eccl. xxj. dicitur? Nam Peccato, humana anima Dei Gratia priuatur, & Paradisi gloria; Quare vt à facie colubri fugiendũ; Insuper, ipso peccato, mortem incurrit æternam; Deinde homo in repobum sensum datur; Multa flagella patitur; Nec vnquam in Peccato existens, pacem habere dicitur; Vbi enim Peccatum, ibi bellum; Vbi Bellum ibi non pax, nec in conscientia quies. Quare surgendum, ne Deus, nostris demeritis disperdat, quod facilè eueniet, nisi declinabimus à malo, & bonum facientes, iuxta Vatis dictum; Declina à malo, & fac bonum; Nam tũc Deus, qui sũmè bonus essentialiter nobis propitius.
Vt

Vt enim quis de nocte valde tristatur, & affligitur dũ infirmatur, diemq; videre valde desiderat, vt spem recreationis alicuius recipiat, ita quicunque infirmus in peccato est, Dei lumen intueri, summopere debet desiderare, & hoc ad animi sui recreationẽ; Nam gallo canente infirmus vt recreari dicitur, non secus, & Peccator concionatore canente, sic.n. spes siue fiducia sanitatem recuperandi refunditur.i. reddit iuxta illud dictum; In quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Tunc Mucro latronis abscõditur, eiusq; vagina reprimitur. Hic locus per exemplum intelligendus: Cõsuetudo namque latronum, est nocturno tempore, extra Ciuitatem esse, in loco periculoso ad occidendum, expoliãdum, & depredandum, at Dies dum clarescere incipit, arma abscõdunt, ideo hic dicitur: Mucro .i. lancea, vel gladius, siue latronis ensis, conditur hoc est, Dæmonis arma vt insidiæ, ac tentationes diuersæ, quæ per Peccatum hominem interficiunt, tunc abscondi dicuntur, quãdo fides, quo ad bona opera lapsis reuertitur Peccatoribus per pænitentiã, & concionem Gallo canente .i. Prædicatore. Vnde subditur, ò Iesu spes nostra, auxiliumq; nostrum, respice labentes .i. cadentes, & in Peccato discurrentes, & tu Pater misericordiarum videndo Corrige, & nos castiga: Nam si respicis .i. misereris, lapsi stabunt Peccatores, idest sine peccato manebunt, & tunc culpa soluitur .i. destruetur lachrymarum fletu. Hic notandum, lachrymas Peccatori conuerti desideranti, fore necessarias; Nã Dauid suum concupiscentiæ peccatum planxit dicens. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Similiter post adulterium, & homicidium ibi: Miserere mei Deus. Maria quoque Magdalena: Petrus, &c. Tu ergo lux ò Christe, & vera lux, refulge quæso .i. illumina sensibus nostris, quasi per cognitionem, ac

Consueto do latronum.

Quod lachryma Necessaria.

sensuum

ſenſuum perfectionē, vt via bona cognoſcatur à malis. Dilue quoque .i. à nobis ſomnum remoue mentis, id eſt peccatum, ac mentis noſtræ malam cognitionem, vt primum noſtra vox, ſiue laus ſonet, hoc eſt te Chriſte laudet, & ſoluamus ora .i. aperiamus, ad tibi gratias referendum ita dicentes. Deo Patri ſit gloria, eiuſq; ſoli Filio, cum Spiritu Paraclito, & nunc, & in perpetuum. Amen.

Aeterne Rerum Conditor.

An Deus Aeternus.

AD vberiorem doctrinam eorum, quę in ſuperiori hymno, dicta fuere, quæſtionem illam de Dei æternitate excitabo; Quęri nanque ſolet; Num Deus æternus; Mihi certè apparet quod nō, eo quia æternitas, eſt quid factum, ſed tale de Deo dici non poteſt, ergo Deus nō æternus. Num res ita ſe ſe habeat Boetium Primò audite deinde D. Aug. in lib. lxxxiij. quæſtionum; Boetius ita fatur, quòd nunc fluens, facit tempus, nunc ſtans eternitatem, D. Aug. ſic ait: Deus, eſt actor æternitatis; igitur eſt quid creatum, & ita Deo conuenire non poteſt, Præterea, quod eſt ante eternitatem, & poſt, metiri minimè poteſt eternitate; ſed Deus ſic ſe habet, non ergo eſſe eternum ipſi conuenit. Vlterius, eternitas menſura quædam eſt, at Deo nec menſura, nec menſuratum aptari poteſt, quia infinitus, non ergo, &c. Inſuper, in eternitate, non eſt præſens, præteritum, vel futurum, at tota ſimul, ſed in Diuinis oraculis, de Deo huiuſmodi tempora dicuntur; quo ergo modo Deus æternus?

Boet.

D. Aug.

In


In oppositum se habet Athanasius in symbolo suo dicens: Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus Sanctus. Pro dilucidatione igitur huius quæstionis, est sciendum, quòd ratio æternitatis immutabilitatem sequitur, & quia Deus est immutabilis, sequitur idcirco, quòd sit etiam æternus. Nunc ad argumenta propero, & ad primum dico, quòd currit de eternitate participata, prout à substantijs immaterialibus participari dicitur, non pro seculo vt Exodi habetur. Dominus reg. in eternum, & vltra, quia durat vltra quodcunque seculum. Quò ad secundū, breuibus potest dici, Deo esse mensuratum non competere secundum rem, at bene secundum nostram apprehensionem tantum. Vel dicatis, quòd hic dum loquitur de eternitate, non debet intelligi quid aliud ab ipso Deo, quia est ipsa eternitas. Vel sic, quòd Deo non conuenit mensura mensurata .i. finita, at bene mensura mensurans, & illimitata. Ad illud diuersorum temporum, de facili, est respondere, ipsi nanque Deo attribuuntur, non quòd ipse varietur per præsens, præteritum, & futurum, at bene vt est includens omnia tempora. Hæc in tantum.

Athanasius.

Deo esse mensuratum.

Mensura Dupl.

Nocte Surgentes.



ENODATVRVS hymnum tertium, ob oculos vestros huius materiam Primò, siue rem consideratā ponam; Deinde hymnum explicabo; Quò ad primum; Materia, siue res considerata huius hymni, est inuocatio, quam Eccl. nobis facit, vt de nocte à vitijs ad Virtutes surgamus, cognoscendi gratia, quàm iusti

Hymni materia.

iusti vigilia assidua valeat apud Deum, cui nocturnæ laudes potissimum decantandę, ad Regni Cælestis consortium assequendum. Vt enim Primogenita
Israelis. Aegypti de nocte interfecta, & Israelis Primogenita saluata, ita vt Deus Opti. Maximus nostri misereatur, nobisq; seruet Primogenita nostra, hoc est Regni cælestis hæreditatem, quam Dei Filius acquisiuit, ipsi nocturnale officium canere debemus. Vnde dicitur. ò fratres quæso surgamus à vitijs ad virtutes, & vigilemus omnes, atq; perseueremus semper in Psalmis .i. in orationibus, bonisq; operibus, mortem cogitemus, siue meditemur, qui enim in morte
Salomō. cogitat, corpus affligit, & à peccato refugit iuxta Salomonis dictū. Memorare nouissima tua, & in eternum non peccabis, quod est dictu: Habeas quæso in memoria finem, tuamq; mortem, quia sic de nocte non peccabis, at bene peccatum effugies. Hinc dicitur. Nocte surgentes, vigilemus omnes, & Domino canamus .i. hymnos, siue laudes dulciter absque tedio, sed suauiter, totisq; viribus, animæ scilicet, & corporis; Nanque cor totū, & corpus, hoc est intra, & extra, siue intrinsecus, & extrinsecus, homo Deū laudare tenetur, & hoc, vt Pio Regi pariter canẽtes; idest cum anima, & corpore, mereamur ingredi siue intrare Aulam Cæli .i. vitam eternam consequi simul cum Sanctis suis. Ad hanc autem vitam beatā attingendam, Deitas Patris: Deitas Filij: Deitas Spiritus Sancti exoranda, vt nobis viam dignetur præstare, siue donare, ad gloriam eternam intrandum, suumq; nomen omni conatu dulciter laudandum, cuius gloria omnis reboat, hoc est resonat, siue mundo laudatur. En modo, quod haurimus à iugi Psalmorū, hymnorumquè modulatione, videlicet Beatitudinis æternæ adeptionem. Quare sine fine perseueremus in Psalmis, idest in bonis operibus, vt vna

cum

cum Sanctis Dei, Beatitudinis æternę, vitam mereamur. Amen.

Nocte Surgentes.

De noctis significatis.



IN gratiam dictorum, noctis significata, vobis Primò proponam; Insuper laconico sermone quantum ad quod quid est, de peccato agã. Quò ad Primum, vt Brulefer scribit lib. II. dist. xiij. q. II. Nox quadrifariam capitur. Vno modo pro ipsis Dæmonibus, vti adnotat D. Aug. super Genesim; Secundò pro peccato vt dicitur à nocteo es, eo quia plus omnibus peccatum noceat; Tertiò modo pro absentia illuminationis super hemisphæriũ nostrũ, & hoc modo dupliciter capitur; Vno modo pro solis absentia; Alio modo pro absentia luminis causati à nube lucida, quæ prima die fuit facta; Quartò modo sumitur Nox pro tribulatione, siue aduersitate. Vnde Psal. & in lege eius meditabitur die, ac nocte: Hic Nox habet capi pro peccato de quo agendum loco secundo sic. Peccatum ad aures D. Aug. nil aliud est, quam voluntas retinendi, vel consequendi id quod iustitia prohibet. Vel sic ad mentem D. Ambrosij in libro de Paradiso. Peccatum, est legis Diuinæ præuaricatio, & inobedientia mandatorum siue Diuinorũ præceptorum. At dubitabitis dicentes, qua via quis in peccatum cadere dicitur? Huic difficultati D. satisfacit Aug. in sermone Domini in monte, dũ ait, quòd tribus modis homo incidit in peccatum: Sugestione: Delectatione, & consensu. Primò mo-

Brulefer. *D. Aug.* *Noctis significata.* *Psal.* *Quid peccatũ.* *D. Aug.* *D. Ambros.* *Dub.* *Sol.* *D. Aug.* *Cadere in pecca-*

tum quot modis. do, quando à Praua pulsatur cogitatione, aut mundi tentatione, vel à carne. Secundò delectatione, videlicet, quando carni nimis, vel delectationi complacet; Consensu tãdem scilicet malo, hoc est quando voluntas deliberata, delectatione allecta, peccato consentit, vnde homo ante Deum igne cruciari eterno, tunc dignus efficitur. Verum ingenio pollentes, *Dub. Sol.* dicetis, libenter sciremus, quot modis peccata purgentur; Ad hoc de facili dico, quòd his modis: Pænitẽtia Primo; Eleemosyna Secundo; Tertiò iniuriã dimittendo, siue condonando proximo, vt habetur *Matt. 9.* Matt. 9. Si dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittet, & vobis Pater Cœlestis delicta vestra. Condonari etiam dicuntur contritionis sacrifitio; Nam cor contritum Dominus nunquam contemnit. Nocte ergò surgentes, &c. Si plura de peccato desideratis, *Lexic. Theologicum.* Lexicon Theologicum legite pag. 234. & plus vltra. Insuper Rayn. pag. 115. Cap. primo, & Compendium Theologicæ veritatis pag. 226. vbi perpulchra, & scitu digna intelligetis.

Ecce iam Noctis.



YMNVM prẹsentem dilucidaturi, materiam Primò huius aperiemus; Deinde ad singulos versus illustrandos, accẽdemus. Quantum *Hymni Materia.* ad primum, hymni præsentis Materia, siue res considerata, est ipsius Dei, quem orare debemus, vt noxia omnia auferat à nobis, & salutaria tribuat, Regnumq; cæleste conferat. Habita in hunc modum paucis Materia, sin- *Ecce quid sonet.* guli modo aperiendi versus, sic. Ecce iam noctis, &c. hy ecce, vt vos non fugit, est aduerbium demonstrãdi

di ad oculum, quod sensum clarum denotat dum dicitur. Ecce scilicet, iam vmbra noctis, idest peccatū tenuatur, idest anihilatur, quoniam vt fuit superius dictum, de nocte surreximus, hoc est de peccato, & ita nox, siue vmbra, vel peccatum depellitur, Dies verò appropinquat, dum lucis aurora, hoc est Christus accedit, qui hac de caula aurora nuncupatur. Vt enim aurora illa, quæ inter Diem, & noctē, ita Christus mediator inter Deum, & peccatorem. Verùm quia de nocte mentio facta, propterea, ne quid vitio nobis detur, noctis significata, secundum Bruleferū quattuor pręmittremus; Nam Primò Dęmones ipsos, Nox significat, vt D. Aug. super Genesim docet; Secundò absentiam illuminationis super nostrum hemispherium; Tertiò tribulationē, siue aduersitatem; Vnde Psal. & in lege eius meditabitur Die, ac nocte; Quartò Peccatum, quod à noceo dictum, eo quia plus omnibus, nobis noceat, sub quo sensu hic. Ecce iam noctis, &c. Insuper, mentio erat de Aurora, cui Christus similis dicebatur, tùm quia mediator fuit inter Deum, & peccatorem, tùm etiam quia vt rutilat, ac splendet, coruscat, & illuminat, non secus Christus vt lucis Aurora noctem à nobis expellit, idest peccatum, & diem inducit, hoc est gratiam, & tunc recidit Diabolus, tenebrauè, nec non animarū obscuritates expelluntur, & ita Mundus, mensq; nostra illuminatur penitus. O fælix Aurora, colorem quasi Aureum habens, illuminansq; vmbram, ac terminans, vt hic canitur. Rutilans coruscat, ideo cuncti, idest omnes potentem nisibus totis, hoc est viribus, siue animæ virtutibus, & corporis, rogitemus; hoc est omni conatu nostro, quia oēs peccauimus, & Dei gratia egemus, vt ait ad Rom. Apostolus. His accedit, quòd omnia sunt in huius ditione posita, & potestate, solus enim ipse est, qui de nihilo cuncta

Quid per noctem.

Christus cur aurora.

Brul. lib. 11 d. 12.

Noctis significata.

Cur Christus aurora.

Quid per Diem.

Ad Roman.


 creauit,

creauit, ac mirabili ordine dispoſuit, rogandus ergo & promptè ipſe Deus noſter, vt miſeràtus omnem pellat langoré, ideſt infirmitatem, ſiue omne peccatum. Donet, & nobis Pietate Patris Regnum Polorum, hoc eſt tribuat ſalutem, & donet vitam æternã
Dub. cum voluntate Patris. At dicetis, cum Deus, iam no
Sol. ſtri, ſit miſeratus, ad quid rogandus? Huic difficultati, vt reſpondeatis, ita dicetis, quod quamuis Deus noſtri ſit miſertus redimendo nos, adhuc tamen rogandus, vt nos in ſua velit conſeruare gratia, pellereq; à nobis omnem langorem, peccatum nobis occaſionaliter ingerentem. Deinde, licet nos redeme-
Oſeæ 13. rit à Diabolo iuxta illud Oſeæ 13. De manu mortis liberauit nos. Rurſus ab inferno dũ dicitur: O' Mors ero Mors tua, ero morſus tuus inferne, adhuc Deus venit rogandus, vt opus ſuum perficiat in nobis, & ita mens ſit ſana in corpore ſano. Præterea, vt tribuat liberationem pænæ, & collationem gloriæ. Verùm
Dub. quia in preſenti hymno facta fuit mentio de Patre, non de Filio, nec de Spiritu Sancto, idcirco locus
Sol. dubitandi vt tollatur, ſubditur Sanctiſſimæ Trinitatis Myſterium in hunc modum. Præſtet hoc nobis Deitas beata Patris, ac nati, paritérq; Sancti Spiritus, cuius reboat in omni gloria mundo; Nam opera in Diuinis ad extra, ſunt indiuiſa. Vnde, vt hymnus iſte claudatur, Amen ſubinfertur, nec ſine cauſa, Dei etenim gloria, mundus totus plenus ita exiſtit, vt vndequaq; reſonet, & reboet. Quicquid enim in creaturis apparet omnibus id totum Dei gloriã cla-
Pſal. 91. mat. Vnde dici ſolet, delectaſti me Domine in factura tua.



Ecce

Ecce iam noctis.



De oratione.



IN gratiam prædeclarati hymni, arbitror agendum, fore de oratione Primò; Secundò de eiusdem multiplicitate; Tertiò de huius necessitate; Quartò de impedimētis. Quantum ad primum, quod quid est orationis, sic describitur dum dicitur, quòd nil aliud sit, quàm mentis eleuatio in Deum, cui hac mediante appropinquamus. Quotuplex autem sit, audite: Duplex enim est, mentalis, & vocalis; Vocalis adhuc duplex, generalis, & specialis; Generalis illa, quæ fit per Ministros Ecclesiæ in persona totius fidelis Populi, pro quo Deo offertur. Oratio verò singularis siue specialis illa, quæ à persona singulari offertur, & hęc de necessitate vocalis esse non debet, vt illa communis: Dicitur tamen tali Orationi vox adiungi triplici de causa; Primò ad deuotionem interiorem excitandam; Secundò ad debiti redditionem, vt scilicet homo Deo seruiat secundum illud totum, quod habet, idest non mente solum, sed etiam corpore; Tertiò, vox huic orationi addi dicitur ex redundantia quadam ab anima in corpus ex vehementi affectione secundum illud Psal. Lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, & hæc de punctis duobus. In tertio detegitur orationis necessitas, est nanq; necessaria ad Dæmones effugādos; Deinde, quam diu Bellum durat in hoc mundo, arma nonnè homini necessaria? At vita hominis super terram, est continua militia, igitur oratio pro defensione necessaria;

Quid sit oratio.

Duplex oratio.

Oratio specialis.

Necessitas orationis.

His additur, quòd ad peccatorum nostrorum indulgentiam obtinendam, oratio valdè necessaria. Si plura de oratione desideratis, legite Discipulum pag. 63. Dominica Rogationum, & Discursum 136. Sebastiani Fanensis pag. 144. vbi notatu digna, & proposito nostro inseruientia inuenietis. Nunc fiat sermo de impedimentis orationis, quæ sunt quinque. Primum est orantis peccatum. Esa. 1. Cum multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiam vos, quia manus vestræ sanguine plenæ sunt; Secundum impedimentum orationis, est attentè non orare. Vnde D. August. Hoc versetur in corde, quod profertur in ore. Tertium impedimentum, est quando petitur, quod petenti non est expediens V. g. dum quis absolutè petit bona temporalia, quæ infima sunt, & cum conditione petenda; Vel dum vindictā ex odio contra proximum quis postulat; Quartum impedimentum, est quando cum hesitatione petimus, tunc enim nil impetramus, quia facimus contra dictum D. Marci xj. dicentis: omnia quæcunque orantes, petitis, credite, & accipietis; Quintum, & vltimum orationis impedimentum, est defectus perseuerantiæ in oratione: in nostris ergo orationibus perseuerare debemus, vt admonet Ad Rom. Apostol. Orationibus instantes. Verùm dicetis, Cur Deus, quandoq; bonorum nō exaudit orationes? Dicatis ad hoc velim, id fieri propter tria; Primò ad ipsorum probandum patientiam; Secundò ad ipsorum excitandum desiderium; Tertiò vt meliora prouideat, quam petunt. Hæc satis.

Discipul. *Sebast.* *Impedimēta orationis.* *D. Aug.* *Et nō ad conuersionem.* *Marci 11.* *Rom. 11.* *Dub.* *Sol.*



Iam

Iam lucis orto sidere.



CCLESIA hactenus Sancta, media etiam nocte, filios excitauit suos ad Deum laudandum, benefitijs interpositis creationis, redemptionis, & criminum purgationis, nec non beatis donis, nempè Polorum, sedibus. Nunc tandem ferè verecundiam incutiens eisdem, clamat sic dicens. Hucusq;, si Pigri, ac tardi fuistis, surgite nunc saltem ad ortum Solis, & omnes insimul ab omni peccato recedatis, vt vos adhortatur spôsa Christi his verbis. Iam lucis orto sidere, &c. *Eccl.* Vbi hymni huius tangitur materia, quæ est deprecatio ad Deum, vt ab omni peccato recedamus. Iam lu- *Hymni* cis ergo orto sidere, hoc est iam lucis leuato sidere, *Materia.* idest stella lucis orta, hoc est Christus, qui est sidus, atq; Dei Patris cognitio iuxta illud Euangelij, Philippe, qui videt me, videt, & Patrem meum, & nos supplices, siue humiles, in ortu Solis, hoc est in principio Diei precemur, idest Christum rogemus, vt in actibus diurnis, idest in nostris omnibus operibus vsque ad Solis occasum, siue ad finem vitæ nostræ, *Quid per* vt non declinemus in aliquo peccato, sed nos con- *Solis occasum.* seruet à nocẽtibus actibus, hoc est à peccatis, & Diaboli tentatiouibus, dum in hoc mundo sumus, vbi Christus, vt Sol Iustitiæ valde refulget, nosq; à peccatis mundat. ò Magnum Dei benefitium: Christus sidus luxq; lucis, idest Patris, & lumen de lumine, noua faciens omnia. Quare supplices, siue iacentes, humiles, ac genibus humi prostrati, non stantes, vt faciunt segnes, mundiq; amatores, & delicati, magis caligas conseruare cupientes, quam Deo placere, & spiri-

ſpiritui. O'infælices,qui tantopere mundo,delitijs, boniſq; ſimilibus tranſitorijs alijs inſeruitis magis, Cur non ſupplices, ideſt ſpiritu contribulato, atque corde contrito,& humiliato, Deum non precamini. vt finem dirigat operationum veſtrarum, non ſolum in operationibus diurnis à mane ad Veſperam vſq; verum etiam ab ingreſſu veſtro in hunc mundum, vſque ad egreſſum ex hoc mundo, ne carnis concupiſcentiæ vos offendant; Tunc cum Sanctis,D.Ambroſio ſcilicet,& D. Aug. hylari cultu cantare poteritis,ita dicentes. Dignare Domine Die iſto,hoc eſt, in incolatu noſtro, ſine pecca to nos cuſtodire, iuxta illud, vt in Diurnis actibus, nos ſeruet à nocentibus,ideſt à peccatis mortalibus liberet. Verùm quia non id ſolum orandùm,ſed quid aliud, idcirco ſubditur,linguam refrenans temperet, ideſt Deus ipſe à malis linguam noſtrã dignetur refrenare,atq; ipſi cuſtodiam ponere, ob mala, quæ poſſent occurrere; Nam hæc hominem reddit odioſum; Animam lædit,& maculat,vt Eccl. legere eſt ſecundo. Nec mirum, quia inter corporis membra omnia, ſenſuum nullus ita nociuus,vt lingua, & ideo ſub portis duabus puta labijs clauditur,& dẽtibus,& vno ictu multos interficit.Cùm itaque tam ſit nociuum hoc mem brum, propterea in principio Diei, talis debet petitio fieri, vt Deus refrenans,ideſt cõſtringat linguam noſtram, & eam ad hoc temperet, ne litis horror inſonet,hoc eſt pauor,vel deceptio, ſiue Diaboli falſa Doctrina,cum tempore diſcordias ſeminantis, inſonet, ideſt interius in corde ſonet, & viſum fouendi contegat,ideſt viſum noſtrum decipiendo cooperiat in bonis operibus,vt ſæpè euenire ſolet; Ne vanitates hauriat,hoc eſt, ne viſus attrahat, ſiue ea videat, quæ animæ, & corpori contraria ſunt. Vnde Vates: Auerte oculos meos, ne videant vanitatem, ita vt non

Quid homini faciẽdum.

Quid potiſſimum orãdum.

Eccleſ.2.

Lingua nociua valde.

non solum oculorum nostrorum visus sit mundus, verùm etiam sint pura cordis intima, idest à mala cogitatione, & operatione procul; Nam ex corde exeunt cogitationes malæ, vt homicidia, furta, Adulteria, & similia, quæ animam maculant. At hic notetis cum de visu mentio facta sit, de quo Philosophus lib. Primo Diuinorum, quòd aliud est videre visu,& aliud oculo; Videre visu nanque, dicitur effectiuè,siue formaliter,at oculo materialiter. Non solum ergo visus oculorum nostrorum debet esse purgatus,ac mundus, sed etiam cordis, ne gaudium vanitatis hauriamus. Vnde absistat,& vecordia, idest longè sit à nobis siue recedat vecordia .i. stultitia, atq; animi stoliditas peccandi, ne contingat sensum nostrum in terrenis rebus submergi ita, vt sensus nostri reddantur inepti ad Diuina percipienda,iuxta illud Apostoli Cor. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt. Talis equidem vecors nuncupandus,idest quasi sine corde,vt ille, qui sua deserens, aliena quærit. Hinc homo ille mundana curans,spretis Cęlestibus,insipiens,& sine corde,ideo vecors appellãdus. Deum itaq; precemur, vt cor mundum creet in nobis, cordaq; nostra mundet ab omni mala cogitatione; vt pura sint semper intima cordis nostri. Verùm dicetis, quid est, quòd cordis nostri intima pura facere valeat? Certè potus,ciborumq; parcitas, ideo subditur; Carnis terat superbiam,potus,cibiquè parcitas. Hinc Rom. 13. Apostolus ait:Non in comessationibus,& ebrietatibus, &c. debemus ergo inquantum fieri per nos potest,vti parcè vino,& cibis;Nam ebrietas mentis exilium inducit,& Veneris incentiuum,idest stimulum per quem menti deinde,obliuio quędam generatur, ac superfluorum potuum indulgẽtia; Similiter Venter nimis expletus in libidinem spumat; Parcitas ergo, &

Not. de visu.

Cor. 2.

Dub.

Sol.

Rom. 13.

Quid facit ebrietas.

go, & abstinentia cibi, & potus imminuat carnis superbiã, per quam homo ad animæ, & corporis damnationem peruenit. At ingenio quis præditus dicet, quam nos accepturi sumus vtilitatem ex ciborum parcitate, & alimentorum? Audiatis quæso, quod infertur, vt cum Dies abscesserit, ideſt Christus à nobis per malam operationem, vel vitam nostram, siue peccatum, in mundo isto patratum, cantemus, atq; Deo dicamus gloriam, puta per abstinentiam bonámq; ex Diuina gratia operationem. Vnde dicitur, vt cum Dies abscesserit, noctemq; sors reduxerit, mundi per abstinentiam ipsi canamus gloriam. Hic sors capi solet pro successione, temporiſq; vicissitudine, cui certa serie, ac Diei alternatione, hora nocturna succedit. Quare omne genus crapulæ debemus euitare, vt cum Dei gratia noctem reduxerit, hoc est nos ad Diei finem peruenire fecerit, ipsi gloriam referamus, ob tot benefitia, quę nobis contulit;

Dub. *Sol.* *Quid per sortem.*

Nam Peccatum deleuit, à morte nos liberauit, & ad vltimum in filios nos Deus collocauit, & suscepit. Deo itaque Patri, & eius vnico filio Iesu Christo Domino nostro, & spiritui Paraclito, ideſt Consolatori, nunc **ideſt, in præsenti, & in perpetuum, ideſt sine fine cantemus** gloriam. **Amen.**



Iam

Iam lucis orto sydere.
De accidia.


T vobis magis dilucida fiãt, quæ in expositione huius hymni diximus, in animum induxi meum hodierna die, de accidiæ peccato pertractare; Primò quò ad quid est; Deinde, quò ad modos, quibus Accidia mortale peccatum dicatur esse. Quantum ad primum, Io. Damascenus lib. 11. sent. agendo de accidia ita fatur. Accidia est quædam tristitia aggrauans, cuius obiectum, dicitur bonum spirituale, & diuinum apprehensum, vt tristabile, quod tamen de se, est delectabile. Hæc dupliciter considerari habet: vno modo, vt in sensitiua parte, quo modo naturalis est, passio qua nec laudamur, nec vituperamur secundum Aristotelem lib. 2. Ethic. Alio modo pro vt habet esse in voluntate, & ratione applicante cum consensu, hanc passionem ad fugam, & horrorem ipsius boni Diuini, & spiritualis, & ita propriè dicitur accidia aggrauans hominem contra spiritum. Vnde D. Aug. super Psal. ait. Accidia, est tedium boni spiritualis, & æterni. D. verò Bern. incidens in sermonem, de accidia, dicere consueuit, quòd accidia, est quidam animi torpor cum negligentia, aliqua bona inchoare, ac perficere, renuens. D. Gregor. in Moral. sic ait. Accidia, est interna mentis tristitia; Albertus insuper Magnus in 11. sent. sic dicit, quòd accidia, est diffidentia implendi mandata. Hęc aliquando generari dicitur ex corporis complexione, vnde melãcolici, magis inclinari dicuntur ad tristitiam; solet

Quid Accidia.

Accidię obiectũ

Accidia dupliciter capitur.

Ethic. 2.

D. Aug.

D. Bernardus.

D. Greg.

Albert⁹.

Vnde cau setur.

etiam generari ex Diaboli instigatione, sed in tantū, inquantum Deus permitit; Tertiò, ex corporis quietatione; Quartò ex amicorum priuatione. Num verò maligna sit audite; Nam charitatem extinguit, & cæteras virtutes; Retrhait à Beatorum quiete, & ad inferos nos manducit; Mortem spiritualem inducit, dum animam nostrā occidit. Insuper omnibus creaturis aduersatur, quæ suo modò operantur, vt sol, qui semper agit, & nunquam quiescit, sed diuersa operatur; Nanque motu suo terram inflammat, vapores eleuat calidos licet sui laboris remunerationem minimè expectet, nec per negligentiam pænam, qualem homo proculdubio. Terra, licet inferior omnibus elementis, operatur, & ipsa nihilominus ad fructuum, & Plantarum productionem; Aer quoque nunquam ociosus, quia suo proprio motu mouetur; Sic ignis, qui mouet, & agit. Quid de creaturis alijs animatis dicam? Nonne, & ipse operātur? Certè sic, Salomon enim ait Prouer. 6. Vade ad formicam ò Piger. Succurrat vobis quoque illud Euang. Io. 4. vbi dicitur, quòd Iesus fatigatus ex intinere, sedebat sic super fontem. Vt maligna ergo Accidia, fugienda, quia inter alia, quæ mala producit, est temporis perditiua, quo nil pretiosius, cum nobis datum sit ad bonum operandum; Paupertatem inducit iuxta illud Prou. xxvij. Qui sectatur otium replebitur egestate; Deinde, dolorē, & afflictionem producit, vt habetur Prou. xxj. Desideria occidunt pigrū; Præterea varias corporis agenerat infirmitates, vt habetis apud Aristotelem Ethic. 2. Exercitium temperatum conseruat sanitatem; At ocium, & accidia diuersas infirmitates, ob malas indigestiones, membrorumq; inhabilitationes. Superest modo videre modos, quibus accidia, mortale sit peccatum;

Accidia maligna. *Prou. vi.* *Io: 4.* *Prou. xxvij.* *Prou. 21* *Ethic. 2.*

1 Primus ergo est, dū quis tristatur de Virtute, de scien-

scientia, de nobilitate, & sui proximi gratia.

2 Secundus modus, cum quis horret, & fugit ordinata in Deum, vt orare, confiteri, & similia;

3 Tertius modus, cum quis Deo, & Ecclesiæ Sanctæ, obedire negligit, ac tristatur;

4 Quartus modus, cum quis tristatur de culpæ tribulatione, quam sentit in remorsu conscientiæ;

5 Quintus modus, cum quis tali tristitia aggrauatus, de bonitate Dei desperat;

6 Sextus modus, cum quis timens damnum temporale aliquod recipere, paratus est falsos testes producere, iuramentaq; falsa facere;

7 Septimus modus, cum quis dimittit facere, quod tenetur, vt ieiunare, horas Canonicas dicere, &c.

8 Octauus modus, cum quis contra proximũ odiũ concipit;

9 Nonus, & postremus modus, est mente vagari in rebus illicitis, ad quos modos verò euitandos, certè melius dari non potest remedium nec commodius, quam illud, quod Eccl. Sancta proponit, his verbis dicens: Iam lucis orto sidere, &c.

Nunc Sancte nobis, &c.



SEXTVM in ordine hymnum dilucidaturi, ne à vestigijs videamur vel le recedere nostris, huius materiam in primis premittemus, ita dicentes, hanc esse, videlicet precari, siue rogare Spiritum Sanctum, cuius missio vtilis valde dicitur, gratia nanque sua, hora tertia Eccl. est repleta, vt patebit in explanatione hymni præsentis, habita prius consideratione significationis nominis Spiritus Sancti. Deinde eiusdem tangẽ- *Hymni materia.*

da

da erit perfectio muneris; Tertiò Productio operis. Quò ad primum, est sciendum, quòd Spiritus, dici consueuit propter tres rationes, videlicet propter naturæ subtilitatem: immaterialitatem, & proprietatẽ. Primo modo tam rebus corporeis conuenit, quàm incorporeis. Vnde Aer dicitur spiritus propter subtilitatem: Ventus similiter, & subtilissimi vapores. Incorporea quoque ob sui subtilitatem spiritus dicũtur, vt Deus, Angelus, & Anima; His additur, quòd solet etiam dici spiritus propter immaterialitatem: Vnde, ea quæ habent multum de materia grossa vocamus, & quæ minus, subtilia, veluti aer, & ignis.

Hic sciendum, quòd spiritus inquantũ naturæ subtilitatem nominat, tribus diuinis, est communis personis. Solet insuper dici spiritus ob proprietatem, & hoc, vel à spiratione actiua, vel passiua; Si primo modo Patri, & Filio in Diuinis, est proprium; Si verò secundo modo, peculiare, est siue proprium Spiritui Sancto, qui tertia persona est, in Diuinis. Nunc tractandum venit de perfectione muneris Sancti Spiritus, est nanquè donum perfectissimum, quo nil maius excogitari potest, & hoc, quia est Deus, vt habetur Io: 4. Cui creatio, viuificatio, iustificatio, & similia competunt, & ideo Deus. Superest modo, vt agamus de productione operis Sancti Spiritus, qui operatur in nobis dilectionem; Qui habitat ĩ nobis; Qui Dei arcana reuelat nobis; Quid inde? peccata remittit; Mentem renouat: filios nos adoptiuos facit: Deiq; dona nobis concedit. Insuper, est bonus operantibus, & proficientibus de bono in melius, eò quia viatorum inflammat affectum. Si plura videre desideratis huic proposito inseruientia, Rayn. legite pag. 241. Cognita igitur Sãcti Spiritus vtilitate multiplici, hunc quæso inuocemus ita dicentes. Veni Sãcte Spiritus, tu qui es vnum cum Patre, & Filio, tu

Spiritus vnde dicitur.

Io. 4.

Quid operetur S. S. in nobis.

Ray. pag. 241.

qui

qui promptus, prodesse benè dispositis, ac dignare ingeri, hoc est super nos descendere hora tali, nostro refusus pectori, quod est dictu. Quia in baptismo Spiritus sancti gratia primo infunditur, at postmodū propter peccatum perditur, per veramq; pænitentiā recuperatur, idcirco hic dicitur, nostro refusus pectori, idest nostro cordi. Hic velim notetis, vnde dicatur refusus, vt intuenti enim patet à fundo fundis, quod est spargere, & hoc vt Spiritus Sāctus, iterum sua non dedignetur gratia, nos illuminare. Cæterū, vnum notatu dignum ponderandum, & est quòd dū dicitur in diuinis vnum, non habet sumi pro principio numeri, Deo.n. sic minimè conuenit, at vt cōuertitur, cum ente, quia tunc Deo potius aptari dicitur, quam alicui creaturæ. Cum itaq; vnica sit, & indiuidua substantia tribus diuinis personis cōmunis, idcirco magis aptè, & accomodatè per genus neutrum hic insinuatur ad significandam eandem substantiā, iuxta illud D. Ioā. 10. Ego & Pater meus vnum sumus. Habetis ergo hic, quòd diuina substantia exprimitur per genus neutrum, persona verò per masculinum, & per fæmininum ipsa notio. Non itaque cantandum vnus Patri cum filio, quia Pater, & filius non sunt vnus in persona, alia enim est Persona Patris, alia filij, &c. vt est videre in symbolo Athanasij. ò ergo Sancte spiritus, qui es vnum cum Patre, & filio, qui doces nos carnales despicere voluptates, qui consolator optimus, in cunctis quæsumus actibus nostris, esto propitius. Tu enim ille es, qui Discipulorum corda inflammasti; Qui vales à vitiorum sordibus nos expurgare, & sacris virtutibus illustrare, & exornare, os propterea, lingua, mens, sensus vigor, idest fortitudo, confessione personent, hoc est, confiteantur Patrem, & filium, & Spiritum sanctum, vnū esse Deum, qui hora tertia venit in Discipulos. Vel

Quid per pectus.

Not.

Not.

Io. x.

sic,

sic,os, & lingua cordi: sensus animæ: Mens, menti: Vigor virtuti accomodetur ad Deum trinum, & vnum confitendum. Vbi in gratiam dictorum, est sciendum, triplicem dari Confessionem, puta laudis, beneficiorum, & Peccatorum. Prima scilicet fidei confessio, totam in se Dei legem continet, legisque obseruantiam. Illa verò laudis, fidei confessionem præsupponit, quia intantum Deum laudamus, eius benefitia memorando, inquantum credimus ipsum esse Omnipotentem, Creatorem, Redemptorem, & glorificatorem. Confessio verò peccatorum, & ipsa quoquè, fidei præsupponit confessionem; Nam in tantum corde contrito, & humiliato, peccata nostra confitemur, inquantum per merita passionis Christi, & virtute Sacramenti pænitentiæ, veniam credimus, ex Dei misericordia. Os igitur, ideſt corpus, & mẽs, ideſt anima: Sensus, ideſt vtrumque, puta corpus, & anima, vigor, & virtus personent, & credant, siue confiteantur, Sanctissimam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, vnum Deum, ipsumq; laudando personent, ideſt benedicant. Verùm quia non nobis tantũ nati sumus sed etiam proximis fratribus, idcirco charitate allecti, pro omnibus rogamus ita dicentes, Flamescat igne charitas, accendat ardor proximos, ideſt charitas, siue amor Spiritus Sancti, flamescat, ideſt ardeat in nobis, & accendat, ideſt illuminet nos, siue proximos nostros amore speciali, Dei amorem desiderantes. Hic notandũ, *Not.* quòd illos tantum proximos nõ vocamus, quos nobis sanguinis gradus coniungit, sed etiam omnes homines naturæ nostræ participes. Quid autem sit proximus ex Christi Doctrina audite; Ille enim dicitur, qui opera eget nostra, siue sit propinquus, siue alienus, siue Ciuis, siue aduena, siue amicus, siue inimicus. Amen.

Nunc

Nunc Sancte nobis, &c. Quodnam Spiritus Sancti, Sit Principium.



NE vt mus super farinam videamur velle pertransire, hodierna die, difficultatem illam de Spiritu Sancto proponemus, cognoscendi gratia, num Spiritus Sancti principium, sit Diuina voluntas. Mihi aspectu primo videtur, quòd non, quia Diuina voluntas, operatiua est, non ergo productiua, operatio enim actus immanens dicitur; Deinde, Natura, vis est rebus insita ex similibus similia procreans, at Spiritus Sanctus producenti in natura similis est, igitur per naturam, non per voluntatem Spiritus Sanctus producitur. In oppositum se habet D. Aug. de Trin. lib. V. dicens, quòd Spiritus Sanctus exiuit à Patre, & Filio, non quo modo natus, sed quo modo datus, at sic per modum dati procedere, siue doni, ad voluntatis actum pertinet, igitur Diuina voluntas, Spiritus Sãcti principiũ. Hic primò notetis velim, quòd voluntas infinita, non potest non esse recta; Insuper, quòd terminus primus primitate adequationis, & quasi to talis, est Spiritus Sanctus; Deinde, quòd voluntas habens essentiam pro obiecto, sufficiens principium, est Spiritus Sancti productiuum. Demum, quòd Diuina voluntas necessariò Spiritum Sanctũ producit. His in hũc modum præmissis, ad argumẽta, modo respondendum, & ad primum primò, quòd Diuina voluntas, non solum operatiua, sed etiam

D. Aug. de Trinitate lib. V.

Notan.

Ad primum.

productiua, quare argumenti primi cõsequentia neganda. Ad secundum argumentum, habet concedi, quòd in tali productione, Spiritus Sanctus, similis sit Patri in natura ob identitatem naturæ, sed non ex vi suæ productionis, & ideo non dicitur imago Patris vt Filius, qui per modum naturæ producitur. Nunc Sancte ergo Spiritus, vna cum Eccl. dicamus, & fateamur diuinam voluntatem esse productiuam, siue Spiritus Sancti Principium productiuum. Qui Spiritus Sanctus Dei donum dicitur, respectu dantis, & procedentis, quia procedit à Patre, & Filio, siue originatur, & ita personaliter habet distingui à donante, siue dante, Vt verò consideratur in cõparatione ad eũ cui datur, tunc vsum, siue fruitionem importare dicitur, & ita superius, rectè dicebatur, nunc Sancte nobis Spiritus, &c. Hæc pro præsenti.

Ad secundum.

Rector potens, &c.



ERSATVRVS hodie circa presentem hymnum in ordine septimũ, huius materiam primò aperiam: Insuper ad ipsum explicandũ accedã. Quantum ad primum, vt intuenti patet, Materia dicitur esse de aeris qualitate, solet namque aliquándo in meridie calor ingens vigere, & rebus nocere, videlicet, seminibus, arboribus, fructibus, nec non corpori, & animæ, ideo toto corde Rectorem ipsum omnipotentem rogare debemus, vt fætorem nociuum extinguat, in nobisq; vitiorum flammas, & veram charitatem nõ solum in hora tertia effundat, verùm etiam in hora sexta, in qua Adam de Paradiso fuit deiectus inobediẽtia sua, & hoc vt illuc per orationem, bonãq; operationem

Hymni materia.

reuer-

reuertamur. Secundum itaque exigentiam, nostrãq; necessitatem, Diuinum imploremus auxilium ita dicentes: O Potens, qui omnia potes; & Rector, qui omnia regis, ac disponis; ò verax Deus, qui in promissionibus tuis nunquam decipis; Qui temperas rerum vices, idest tempora rerum mitigas, & mane instruis, hoc est ordinas solis splendorem; & struis meridiem ignibus, hoc est cũ caloribus, propterea, vt tuo auxilio egentes, te supplices deprecamur, vt flammas litium in nobis extinguas, idest contentionum, vel multarũ cogitationum, siue vitiorum; Insuper, vt pius, & misericors, aufer quæso à nobis calorem noxium, & confer, idest dona liberalitate tua, nobis salutem corporum, & animarum, veramque pacem cordium, vti Christus suis, legitur in Diuinis oraculis, dedisse Discipulis. His in hunc modum positis, superest vt præsentem hymnũ percurramus, ne quid vitio dari queat nobis, & primò quo modo sit potens Deus, ipse nanque de se ipso dicit. Ego Dominus omnipotens, & alibi, nunquid manus Domini inualida est? At non solum omnipotens, sed verax iuxta illud Euang. *Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non recipis personam hominis.* Est quoque via, veritas, & vita: Via non errans; Veritas non fallens; & vita indeficiens. Vnde Deus esse dicitur, æterna illa mens, vel substantia spiritualis, qua nil maius, nil sapientius, nec melius esse potest; Nam est sine initio, sine fine, summe simplex, & absque vlla admixtione. Est nihilominus, qui rerum vices temperat, & calori ipsius meridiei præest; Est, qui iustos instruit, fulcitq; calore, idest magna charitate; Hic, qui bella, lites, contentiones, odium, & discordias extinguit. Hũc ergo hylari vultu, & corde humili exoremus, vt omnes malas concupiscentias, mortificet, opprimat, &

Deus omnipotens.

Verax.

Via.


Vita.

extin-

extinguat, potissimum calorem noxium, ad differentiam boni: datur enim Duplex calor, quidam bonus & quidam malus. Bonus, minimè nociuus, vt calor charitatis, & amoris. Alter verò nociuus corpori, & animæ, vt carnalis, qui vitiorum dicitur. Eia ergo Deum rogitemus, vt mites, pacificos, vnanimes, atq; concordes faciat; Nam quam diu erimus tales, nihil terrenorum appetemus, vt honores, & similia, quæ paci contraria; Verùm ab his semoti, cum proximo pacem erimus habentes, & ita Deum Omnipotentem confitentes. Hæc satis.

Calor duplex.

Rector potens, &c:
An in Deo Potentia.



IN gratiã dictorũ, tria sese mihi ponderanda offerunt, quorum primum Dei respicit potentiam; Alterum omnipotentiam; Tertium veritatem. Quò ad primum, dubitari solet, num in Deo potentia cõcedenda; Insuper, num omnipotentia; Demum an Deus veritas queat dici. Quantum attinet ad primùm, mihi videtur esse dicendum, quòd in Deo non sit potentia, materia enim prima secundum se considerata, est absq; omni actu, igitur Deus, vt primũ agens, est absque potentia; Præterea, secundum Philosophum nono Diuinorum habetur, quòd qualibet potentia, melior est actus, quam materia, sed nil melius eo, quod est in Deo, quia quicquid est in Deo, Deus est, non ergo, &c. In contrarium se habet Psal. d. Potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. Pro determinatione igitur primæ huius difficultatis, est

sciendum

sciendum, duplicem dari potentiam, passiuam scilicet, & actiuam; Prima non ponitur in Deo, at secunda sic. Nunc Respondendum venit argumentis, & primò ad primum, quod habet intelligi de potentia passiua, non de actiua. Ad secundum dicitur, quòd maior propositio, est vera secundum Philosophum, quandocunque actus, est aliud à potentia, tūc enim actus potentia nobilior, at non sic in proposito, quia Dei actio non dicitur aliud ab eius potētia, & ideo ratio nulla. Dilucidato quæsito primo, accedit alterum, vbi probari posse videtur, quòd Deus non sit Omnipotens, quia immobilis; Insuper, peccare, dicitur esse aliquid agere, sed hoc Deo nō conuenit, non igitur Omnipotens. oppositum legere est apud D. Lucam. 1. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Modo formatæ rationes diluendæ, & primò prima in hunc modum, quia currit de potentia defectiua, siue passiua, non actiua. Altera sic ruit, eo quia peccare non sit agere, sed deficere, quare ratio nulla. Nunc speculandum, num Deus sit veritas; Mihi quòd non apparet, in Deo enim, compositio, neque diuisio datur, in quibus veritas consistit; Deinde in Deo, si foret veritas cum peccare sit verum, foret in Deo, at hoc quid absurdius? igitur in Deo non veritas. Pro decisione huius difficultatis, scire debetis, quòd veritas in multis habet esse, videlicet in creaturis, in rebus, & in compositione, & diuisione. Primò modo habet esse in intellectu, vt in cognoscente; Deinde in rebus, vt ordinantur ad Deum tanquam ad fundamentum. Si verò essentialiter consideretur veritas, vna tantum, & increata ad differentiam creatæ; Nunc ad rationes oppositas, quid dicturus, audite; Nam in Deo licet nulla sit compositio, vel diuisio, ob id non tollitur Dei simplex intelligentia, qua intuetur omnia complexa, &

Potentia dupl.

Luca. 1.

Potentia dupl.

ita

ita in Deo veritas admittenda. Altera instantia ruit, sic, quòd quamuis peccare aliquem, sit verum, ob id, non sequitur, ergo istũ peccare, est à Deo, quia committitur fallatia accidentis, & licet verum sit istum peccare, & vt verum à Deo, non tamen sic peccare, vt fornicari, & hæc pro præsenti.

Rerum Deus tenax, &c.



GRATI animi (vt vos non fugit) cum sit benefactorem suum cognoscere, illi confiteri, ac diligenter beneficia collata ponderare, industriaque nostra, & prouidentia, necnon arte, viribusq; nostris, ipsum comendare, eo quia nos regat, curamque de nobis semper habeat, idcirco opificem nostrum deprecati debemus, vt non solum in hora sexta, sed etiam in hora nona, in qua Christus de mundo ad Patrem migrauit, nos quoque migrare faciat, siue transire fauore suo de vitijs ad virtutes, de peccato ad pænitẽtiam, & sic hymni præsentis habemus materiam, quæ est precari Deum in hora nona sic. Rerum Deus tenax vigor, idest vi, & conatu, siue virtute qui diceris tenax quatenus omnia sub tua potentia, & potestate, ac dominatione tenes, & permanens immotus, idest immobilis, hoc est qui non variaris, neque moueris, determinans tempora Diuinæ lucis, hoc est successibus quotidianis, idest distinctionibus, quia horæ Diei distinguuntur, vt in solis ortu, siue cursu apparet; Nam sol horas distinguit, Dies, & tempora anni. Quando enim sol est in Principio Diei, vel in hora tertiarum, siue sexta, siue nona, & sic de singulis, Deus tunc temporis est determinans lucis diurnæ

Hymni materia.

tempora,

tempora, quia quando est Aestas, quando Ver, quando Autumnus, & Hyems, tenax vigor facit hæc, propterea dicitur, largire clarum Vespere, hoc est nobis dona clarum Vespere, id est finem clarum, vitæq; nostræ exitum. Quo pro vt vita nostra decidat, id est ne cadat in aliquod peccatum, sed gloria perennis instet, id est superstet propter præmium sacræ mortis. Verum dicetis, quando mors sacra dicenda? Respondetur, quòd tunc, quando sine mortali peccato homo e, vita recedit, contritus, ac ritè peccata sua confessus. Quis igitur Diuinam non laudaret Prouidentiam sua virtute omnia conseruantem? Quis ob id non oraret deinde, vt nobis Deus fælicem, vitæque beatæ dilargiatur exitum? Quis ea, quæ cæpit, perficiet non largiendo quod deest? Largire ergo clarum Vespere, quò vita, &c. Sed præmium mortis sacræ perennis instet gloria. Vespere vt vos non latet, hoc loco duobus capi potest modis siue bifariam; Vno modo pro istius sensibilis, & temporalis Diei temporario, siue fluxu temporis; id est Vespertino, siue Serotino, quod ab alijs tempus obscurum, atq; atrum dicitur, eo quia ob noctis vicinum Crepusculum, & solis occasum paulatim in tenebras decumbat. Insuper summi solet Vespere in Diuinis oraculis in frequēti vsu, pro parte Diei extrema iuxta illud, factum est Vespere, & manè Dies vnus. His accedit, quòd Vespere etiam pro stella vna, capi cōsueuit, quæ vulgò Venus, & lucifer appellatur, & calida, & humida virtualiter, nō autem formaliter dicitur, sed bene Martis maliciam nociuam temperās, semperque, est concomitans solem. At cum præcedit lucifer vocatur, & quando subsequitur Vesper. Hic verò dum dicitur, quo vita nusquam decidat, habet intelligi hoc, non de vita huius sæculi tantum, at etiam de alterius sæculi vita, quæ nunquam à re-

Mors sacra.

Not. de Vespere.

Pro Vespere quid

Vita Dupl.

ctitu-

ctitudine decidit. Quòd si de vita huius sæculi locū velitis præsentem intelligere, tunc sensus erit: Quod vita nusquam decidat à via Domini, hoc est ita pe-timus non transigi à legis Diuinæ rectitudine, in mortem Peccati. Hæc satis.

Rerum Deus tenax, &c. De Oratione Dominica.


CTVRVS hodierna die in gratiā prædictorum de Dominica oratione, hac serie, siue ordine procedam; Nā primò orationis huius dignitatem aperiā; Insuper ad expositionē accedam. Quò ad primum, quantę sit dignitatis, & excellētiæ oratio Dominicalis, quęso audite: est nanque alias orationes præcellens in quatuor; Primò in authoritate, quia Christus, vt Magister verus, hanc fecit, & ordinauit; Secundò in breuitate pręcellit, quod propter tria factum fuit; Primò vt facilius posset intelligi, melius retineri, tar-diusq; obliuisci; Secundò, vt frequentius posset di-ci, ac retineri; Tertiò, vt nullus ab oratione se excu-saret. Vlterius talis oratio alias excedere dicitur in exaudibilitate, eo quia magis exaudibilis quacunq; alia oratione. Pręcellit quoque in fecūditate, eo quia omnia in ista oratione necessaria, tam animæ, quam corpori, in vita pręsenti, & futura includantur, vt in declaratione infra patebit. Prima iam enodata parte, subsequitur, altera dum dicitur; Pater noster.

Nobilitas orationis Domin.

Dub. Verùm dicetis, cur ita Christus, orationem Dominicalem inchoauit dicendo, Pater noster, & non sic, *Sol.* Dominus, vel Deus, siue Creator? Responderi po-test,

test, quòd huiusmodi nomina, sunt timoris, at Pater nomen amoris, & quia nos Paternè diligit, vultque filialiter diligi, propterea dixit, Pater noster. Quare si Pater, quia Pater, & nos Filij esse debemus. Noster deinde dixit, vt humiliari nos doceat, ita vt nullus de generis nobilitate, se iactet, & alios sperant. Qui es in Cælis: Cur sic? nonne Deus vbique? Respon- *Dub.* deri potest ad hoc, quòd sic, sed dixit in cælis, vt nos *Sol.* cælestia, & non terrena appetere doceret, iuxta cõsilium Apostoli ad Col. 3. Deinde, vt locum osten- *Col. 3.* deret nobis ad quem creati sumus. Sanctificetur nomen tuum. Hæc Nobilissimi Auditores, prima dicitur esse petitio, in qua petimus, vt ipsius nomen Sãctificetur, eo quia præ omnibus, Dei honorem desiderare debemus. Verùm dicetis, petitio hæc futilis, *Dub.* & vana apparet, quia Dei nomen semper in se sanctum, quo igitur modo ly Sanctificetur appositum? Respondetur ad hoc, quod non petimus, Dei nomẽ *Sol.* in se sanctificari, sed in nobis, hoc est, vt sanctum habeatur, & à nobis honoretur. Sed heu me miserum, quia hisce temporibus nostris, Dei nomen à pluribus Christianis blasphematur, potius quàm Sãctificetur, & honoretur in corde credendo, & amando, in oreque ipsum laudando, & prædicando. Adueniat Regnum tuum. Post Dei honorem, nullus est, qui cæleste Regnum non debeat desiderare, & ideo dicimus aduenit Regnum tuum, hoc est, fac nos peruenire ad Regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Henricus per cælum iustos intellexit, per *Quid per* terram verò peccatores, ita vt sensus sit, quòd sicut *Cælum.* tua voluntas Domine Deus, fit in bonis, & hominibus iustis, tibi fideliter obsequentibus, nõ secus fiat in terra, idest in ipsis peccatoribus, vt ad te conuertantur, & tibi seruiant, vt petimus. Vel sic: vt fit in Cæli Ciuibus, ita fiat in terra, idest in Ciuibus ter-

ræ,hoc est,vt Angeli Sancti dicuntur suã conformare voluntatem in Cælis diuinę voluntati, sic etiã homines in terris facere nitantur. Sed contra hoc faciunt, qui in tribulationibus contra Deum murmurant, in signum, quòd procul sunt à gratia Dei. Panem nostrum quo. da no. ho. Hic vitæ præsentis necessaria petimus, cum per panem omnia necessaria
Eccl. 29. intelligenda,iuxta illud Eccl. xxix. Initium vitæ hominis, panis, & aqua. Discite hinc vos, in oratione vestra, non petere superflua, at victui tantum, necessaria; dicentes, da, in signum, quòd nil à nobis
Cor. 4. habemus,nisi detur à Deo nobis.Vnde ad Cor. Apostolus ait. Quid habes,quòd non accepisti? Præterea dum dicitur da, nobis insinuatur,quòd per nos temporalia recipere non debemus, sed à datore omniũ. Rursus dicitur ly nobis, ad insinuandun per hoc, vt nullus temporalia sibi appropriet, sed cum indigẽtibus, ea communicet, quæ sibi Deus tribuit. Insuper,dicit hodie, volens à nobis superflua tollere,nec
Matt. 7. non temporalium sollicitudinem. Vnde Matt. vj. Nolite soliciti esse in Crastinum. Contra hoc, faciũt illi, qui ad annos plurimos nimia solicitudine tẽporalia colligunt. Dimitte no. deb. no. Quinta, hæc est petitio, in qua peccatorum nostrorum remissionem petimus, in Deum primò, in proximum secundò,&
Dub. in nos ipsos tandem. Quæri hic solet, cur Christus dixerit: Dimitte nobis deb. no. & nõ peccata nostra?
Sol. Secundum Henricum respondetur, quòd Christus, melius dixit debita nostra, quàm si dixisset, peccata nostra; Nam in primo, petimus nobis dimitti, tam pænam, quam culpam, quam exoluere tenemur pro peccatis, quod non foret in secundo dicendo, peccata, quia quandoque peccatum quantum ad culpam dimittitur, licet remaneat quantum ad pęnam reatus. Sicut, & nos dimittimus deb. no. Si enim non

dimis-

dimiſſeritis, nec Pater veſter Cæleſtis dimittet vobis peccata veſtra. Vnde D. Bern. Si vis, vt peccata tibi à Deo dimittantur, omnis răcor, & indignatio à corde tuo euellatur. Et ne nos induc. in tentat. Sexta hæc eſt petitio, in qua petimus à futuris preſeruari malis, & à peccatis, ſicut in petitione quinta. Verùm ibi, petebamus nobis peccata præterita condonari, hic verò petimus à futuris peccatis præſeruari ſic, & ne nos induc. in tenta. Hic ſciatis velim, quòd in hac petitione, ſimpliciter non petimus tentari, ſed benè non duci in tentationem, hoc eſt, non ſuperari, ac vinci, hoc enim ſonat induci in tent. Sed libera nos à malo. Hæc eſt ſeptima, & vltima petitio Dominicæ orationis, in qua petimus ab omni malo præſenti liberari, & merito, quia totus mundus, periculis, eſt plenus, & ideo clamare debemus, libera nos à malo, & hæc pro præſenti. *D. Bern.*

Lucis Creator, &c.



HIC eſt hymnus in ordine nonus, res cuius conſiderată perpendenda Primò; Deinde ſinguli verſus dilucidandi. Quantum ad primũ, Res cõſiderata, eſt vt ad Chriſtum orationem dirigamus noſtram. Vt enim Chriſtus præcepit in mane iunctum veſperi diem vocari, ita noſtram dignetur orationem audire, & hoc eſt quod nunc dicitur. ò Deus Creator optimè, ideſt omnium creator, ſed precipuè Angelorum, quando dixiſti, fiat lux, & facta eſt lux, & proferens, hoc eſt donās nobis lucem dierum, ideſt filium tuum. Vel dierum, ideſt Apoſtolorum, qui Dies vocătur. Et luxi mundi parans originem, ideſt initium nouæ lucis .i. *Materia hymni.* *Quid per lucem.*

nouę legis: Primordijs mundi, hoc eſt Apoſtolis, qui mundi lux fuerunt, quando Chriſtus in Cæna dixit, mandatum nouum do vobis, vbi lex noua per mandatum intelligenda. Qui mane iunctum Veſperi, diē vocari præcipis, hoc eſt, tu præcipis Diem, & noctē vocari Diem vnum Naturalē iuxta illud, factum eſt Veſpere, & mane Dies vnus. Vel ſic: Præcipis mane, ideſt Diuinitatem, iunctum Veſperi, hoc eſt noſtræ carni Diem vocari, quæ caro de ſe obſcura licet ſit, nihilominus Diem vocari præcipis, ideſt Chriſtum, qui Dies eſt; Tetrum Chaos illabitur. Hic per tetrū, varijs opinionibus dimiſſis, intelligatis velim obſcuritatem, per Chaos verò noſtrum peccatum. Vel ſic, tetrum Chaos, hoc eſt vallis, vel ſpatium, quod eſt inter Cælum, & infernum illabitur, hoc eſt ſuper nos diſcurrit. Quare ò Chriſte audi preces noſtras cum fletibus, vt talis obſcuritas vitiorum noſtrorum recedat à nobis, ac deſtruatur, & anima noſtra ſaluetur; Ne mens grauata crimine, hoc eſt cor peccato grauatum, exul, ideſt Peccator extraneus, ſiue alienus habeatur, munere, ideſt dono vitæ æternæ: Dum nihil mens cogitat, quam Chriſtum perenne, hoc eſt dum nil cogitat, quam Chriſtum querere, qui perennalis vita, à qua exul ille, qui ſe ipſum culpis illigat, ideſt fortiter ligat. Verùm ne mēs grauata ſit peccato, pulſet quæſo Cælorum intimum, ideſt ſonet, & clamet, ſiue Chriſtum quærat, qui eſt intimum, ideſt Dominus Cælorum, mundiq; totius, petatq; veniam, & de ſuis peccatis miſericordiam, & tollat, ideſt habeat vitale præmium, ſcilicet vitæ æternæ. Ad quam conſequendam omne noxium, ideſt peccatum vitandū, ideo dicitur, vitemus omne noxium, quia, & corpori, & animæ nociuum. Inſuper purgemus omne peſſimum dum ſumus in hoc mundo per pænitentiam ad veram beatitudinem habendam. His in hunc modum

Quid per tetrum.

Cui noceat peccatum.

dum positis, vt magis, ac magis, quæ tacta sunt à nobis, nota fiant, sciatis velim ex primi versus verbis, nos beneuolentiam captare, Deum primò, lucis creatorem, nec non totius mundi machinatorem appellantes; Præterea dum inuocamus dicẽtes: Audi preces cum fletibus; Tertiò, ad noxia omnia vitanda, ad hoc vt mens nostra, accipiat, & vitale præmium, hoc est perẽnem gloriam acquirat, hortamur. Doleamus ergo de preteritis, & de futuris caueamus, quia tũc anima diuina gratia, munda, erit. Amen.

Lucis Creator, &c.

Quid sit Creare.



OCCASIONEM nacti ex verbis primis huius hymni, de sex verba faciemus; De creare Primò; Quid sit Deum creare mediante creatura, speculabimur secundò; Tertiò creare, & generare, quo modo differãt; Quartò, quid sit creatura; Quintò quotuplex, sit creatio; Sextò, videndum, an solius Dei sit creare. Quantum attinet ad primum, creare secundum Magistrum sent. est de nihilo aliquid facere, idest nõ de materia, & hoc propriè loquẽdo. Solet insuper creare sumi multipliciter, videlicet pro promouere ad dignitates, quo modo Pontifex Cardinales creat; Aliquando pro producere, vt ait Aueroes 3. de Anima, quo modo intellectus intellecta, siue intellectionem creare dicitur; Aliquãdo etiam strictè pro facere aliquid de nihilo mediatè, vel immediatè, sub quo sensu D. Aug. ait, quòd segetes creantur. Deinde creare, strictius capi solet, & ita, est agens aliquid facere, *Quid creare.* *Creare multipl.* *Auer. 3.* *D. Aug.*

postquam

postquã nihil fuit; Vlterius creare accipitur strictissimè, sub quo sensu est Deum aliquid facere, postquã nihil fuit, absque agentis concursu; & hæc de decto primo; Nunc loco secũdo, speculandum venit, quid sit creare mediante creatura, potest nanque duobus intelligi modis; Vno modo, quòd Deus aliquid creet, illud idem creatura producente, vti cælum agere dicitur lumine mediante calorem, secum enim lumen calorem agit, & sic loquendo; Deus non dicitur creare posse creatura mediante, ipsaq; naturaliter agente, seu secundum cursum naturæ, quia hoc si Deus faceret, miraculum esset. Alio modo intelligi habet Deum creare mediante creatura, eo quia creaturæ potestatem conferat faciendi aliquid in aliquo receptiuo, quo modo Deus creare posse, siue immntabiliter causare. His loco tertio videndum, quo modo creare, & generare differant, mihi enim apparet; quòd in hunc modum, quia creare, est agẽs producere, ita quòd necessariò materiam non requirat concausantem; Generare verò, est agentis aliquid producere, materia præsupposita concausante. Hinc loco quarto, quid sit creatura meditandum, illud enim vocatur creatura, quod creatur. Post hæc loco quinto quotuplex detur creatio videndum; Nam est creatio actio, & creatio passio; Primo modo dicit Diuinam essentiam; Secundo modo creaturam, sine Deo non potentem existere. Denique inquirendum, num creare, solius Dei sit: mihi quòd nõ aspectu primo dicendum fore videtur, quia secundum Philosophum, perfectum illud est, quod sibi simile facere potest, vt ignis, qui ignem generat, & homo hominem, at creaturæ immateriales, materialibus cùm perfectiores, igitur tenendum, quòd sibi simile queant producere, sed non per materiam, quia immateriales sunt, igitur per creationem, & ita creare, non erit

Discrimen inter creare, & generare.

Quid creatura.

Creatio Dupl.

Creare an solius Dei.

erit folius Dei. In oppositum se habet D. Aug. lib 3. de Trinitate dicens, quòd neque boni, neque mali Angeli, Creatores esse possunt. Nunc ad formatam rationem paucis dicendum, quòd currit, non quò ad perfectionem ipsius esse, idest quantum ad esse, at bene quantum ad perfectionem additam, & ita concludendum, quòd solius Dei sit creare, lucis ergo creator, &c. Hæc intantum. *D. Aug.*

Te lucis ante terminum.



EXPOSITVRI hymnum præsentem, se se nobis primò materia, vel res consideranda huius offert; Deinde singuli versus enodandi; Quantum attinet ad primum, dici potest, quòd materia hymni, nil aliud sit, quàm Deum in noctis principio precari, veluti in diei principio consueuimus, hoc idem facere, vt scilicet, per totam noctem nos dignetur custodire; Dicamus ergo sic. ò creator rerum, poscimus te, idest te petimus, ante lucis terminum, hoc est antequam de hoc mundo exeamus, siue vitam cũ morte comutemus, vt solita clementia, ac tua pietate consueta, sis præsul, idest custos cum tua clementia ad nostram custodiam, & hoc vt procul recedant somnia, hoc est Dæmonum deceptiones, sint longè à nobis, & noctium fantasmata, idest Dæmonum mutationes, atque apparitiones; Consueuere nanq; multis apparere modis hominibus ad ipsos decipiendũ. Vnde D. Aug. venit tentator transfiguratus in Angelum lucis; Nam nunc hic: Nunc illic: Nunc Agnum: Nunc lupum: Nunc tenebras: Nunc lucem, se ostendit, siue dormiamus, siue vigilemus, siue comedamus *Hymni materia.* *D. Aug*

mus

mus, siue bibamus, vel quid aliud boni operemur, paratus, semper est nos decipere, & ideo ista noctiū fantasmata dicuntur, ac deceptiones, de quibus loco

Notā. de nocte. suo. Hic quia mentio facta, est de nocte, idcirco velim sciatis in secta sex diuidi; In sero: Conticinium;

Quid cōticinium. Intempestiuum: Gallicinium; Crepusculum, & mane. Sero, est quando Nox imminet, idest antequam vadant cubitum homines; Conticinium verò quando homines cubitum vadunt, idest ad dormiēdum; Intempestiuum autem, quando homines, vel omnia

Quid gallicinium. iacent, & quis non operatur; Gallicinium, quando galli voces emittunt, siue cantant; Crepusculum ve-

Quid crepusculū. rò quando lux, est inter Diem, & noctem, & dicitur à Creperon, quod dubium sonat. Hinc dubitari so-

Dub. let, an Dies, vel nox dici debeat, cum mediet inter

Quid mane: vtrunque. Mane quid sit nunc audite, illud enim appellatur, quando aurora, idest lux est orta de tenebris. O' Creator ergo omnium rerum, quæso comprime, idest interime hostem nostrum, idest inimicum, ne corpora nostra ob eius tentationes, vel de Die, vel de nocte polluantur, siue fædentur. Fortunati illi, qui minimè expectant sibi prouidere lucis elapso termino, scientes, quia venit nox, quando nemo potest operari, sed dum tempus habent, sibi cauent, & quod minus in se possunt, de sui Præsulis clementia simul ita dicentes, confidunt. Te lucis ante terminum, rerum Creator poscimus, &c. idest, ò Deus sis noster custos in quiete nocturna, pelleq; à nobis illusiones somniorum, nec nō somni nocturni pollutionem, quæ hoste nostro suggerente, nobis interdum contingit. Somnia insuper, quæ de nocte imago veritatis videntur esse, cum non sint, fantasmata quoque, hoc est illa omnia, quæ nobis dormientibus, & somniantibus occurrunt, & aliquando ad immunditiam protrahunt. Merito igitur petere debemus, illa

prætacta,

prætacta, Dei, præsidio à nobis auerti his verbis: longè sit à nobis, &c. Nam, & rationi, omnibusq; bonis nostris operibus, est semper hostis continuus, & aduersarius, maximè dum tentando aggreditur, aut ciborum appetitu, aut vanagloria, aut honoris, & diuitiarum sublimitate. At dicetis, cum sermo factus, sit de aduersario, siue hominis inimico, num vnus tantum dicendus? Respondetur, quòd non, sed quinq;, videlicet Diabolus, de quo hic: Mundus: Caro: Vana gloria, idest Spiritus vanus, & mors, de quibus fit sermo parte secũda discursuum Prædicabilium pag. 47. Hæc intantum. *Dub.* *Sol.* *Disc. 47.*

Te lucis ante terminum.

De somnio.



VT prædeclaratus hymnus multo magis dilucidus appareat nobis, in gratiam dictorum nonnullorũ de somnio Primò loquemur; Deinde, de hominis inimicis. Quò ad primum, quid sit somnium, audite; Nam nil aliud est quam phantasma in somno factum.i.apparitio phantastica, somno facta, vt Arist. testatur lib. de somno, & vigilia; solet à Chrysippo sic finiri dicente; Somnium, est vis cernens, & explorans, quæ hominibus in somnijs significantur. Verùm dicetis, somnia vnde originem ducunt, siue trahunt? Responderi potest, quod à causis quinq;, vt Seraphicus Doctor Bonau. lib. 11. distinct. 7. par. 2. Artic. 1. q. 3. scribit. Quædam enim contingere dicuntur ex corporis dispositione; Quædam ex mentis solicitudine; Quædam ex Diabolica illusione; Quædam verò ex Angelica reuelatione; Tandem quædam ex diuina visitatione. Prima duo somnia, futurorum, sunt præ- *Quid somnium.* *Arist.* *Dub.* *Sol.* *Doct. Bonauent.* *Somniorum causæ.*

 sagia,

sagia,& caussam in nobis habent,vt illa,quæ ex corporis caussis,signa sunt infirmitatis. Quæ autē somnia, ex mentis solicitudine contingentia, eorum signa sunt, ad quæ facienda, vel desideranda, nostra inclinatur affectio. Quæ verò somnia, quæ Diabolica fiunt illusione,nullius sunt roboris,sicut nec Auspicum diuinationes. At somnia illa, quæ à bonis Angelis, aut à Deo fiunt in nobis, proculdubio, signa vera sunt,de quibus non hic,fit sermo, sed de illis ex Diabolica illusione prouenientibus. Nunc properandum ad inimicorum hominis numerum quinarium,sunt enim quinque,vt aliàs tactum, nempe Diabolus:Mundus:Caro Spiritus vanus,& Mors.

Quot hominis inimici.

Vnde Diabolus iuterpretatur deffluēs, eo quia deffluat, siue spiritualiter, & localiter corruat, & dicitur Diabolus à dya, quod est duo,& bolus, quod est morsus, siue mordens, eo quia mordeat, & duo occidat, corpus scilicet, & animam, sugestionibus,& tentationibus suis.

Diabolus vnde dictus.


Hinc homini, multis dicitur nocere modis, videlicet per violentiam quandoque, corpus exterius ledendo, sed permissiuè, vt patet de Iob.quandoque etiam intra membra effectiuè,vt patet de obsessis. Solet insuper,modis alijs quatuor hominem decipere, suadendo bonum, sed per malum, verbi gratia cum homini instabili,Religionis ingressum suadet, & hoc postmodum, vt Apostatet. Secūdò malū suadendo, sub boni specie,vt peierare, pro rebus conseruandis, alterius; Tertiò, bonum disuadendo, tanquam nociuum; Quartò malum disuadendo, vt ducat ad peius. Secundus hominis inimicus, est Mundus, qui oculis nostris valde vagus, & amatoribus suis pulcherrimus,diuitijs plenus,honore,gloria,vanitate,& malignitate, quibus homo proculdubio, ibi sistendo, decipitur; Tertius inimicus, est caro, quam pascimus, nutrimus, & regimus,

Quod multis modis Diabolus nocet.

sed

sed valde fortis noster inimicus, quia intrinsecus nobis, & nimis intimus, ex quo praui affectus, & effectus oriri dicuntur, qui vt rationi repugnantes, causa sunt, nostræ perditionis. Quartus inimicus est vana gloria, quæ, & intrinsecus, & extrinsecus apparet, & vt ventus subtilis, summopere nos afficit; Vltimus inimicus hominis, est Mors, quàm vnusquisq; abhorret valde, quia inimica naturæ. Magna igitur deberet esse homini consolatio, & ingens gaudium, dum ab hoc fallaci mundo recedit ad maius bonum acquirendum, beati nanque illi, qui in Domino moriuntur. Quare Deus Rogandus, vt nobis succurrat, ne nobis inimici nostri dominentur. Hæc satis.

Somno refectis, &c.


OMINE Deus meus, qui alias benignitate tua, mihi valde propitius fuisti, ad sis quęso precipuè, vt hymnum vndecimum ad tui honorē meamq; vtilitatem adamussim valeam explicare, ex te enim omne bonum, vt à Patre luminum. Eia ergo Nobilissimi Auditores, Deo duce, hymni præsentis Materiam accipite, quæ est nos iam somno completo de lecto, hoc est de peccato debere surgere, iuxta illud Apostoli Roman. 13. Hora est iam nos de somno surgere. Vnde dicimus hodie. ò Deus Pater, postquam refectis artubus, idest ex quo membra nostra repleta, ac plena sunt, nec non somno reparata, quæso concede de lecto nos surgere, & peccatum spernere, siue relinquere, ad te ipsum laudandum; Nam non est speciosa laus in ore peccatoris. Vnde subditur, deposcimus te, siue obsecramus Patrem adesse, idest præsen-

Hymni materia.

Rom. 13.

tem nobis canentibus, siue laudibus extollentibus tuam Maiestatem: Spreto tamen cubili, hoc est derelicto peccato, nec non Mundana delectatione, & hoc pro tanto desideramus, vt te lingua primum concinat, siue laudet, nec lingua solum, sed cor, vt mentis ardor ambiat, ac circundet, tu Sancte sis exordium, idest Principium actuum sequentium, & operum nostrorum. Verùm ad hoc obtinendum, cedant tenebræ lumini, idest peccata, & obscuritates nostræ à nobis recedant, & sic, dent locum lumini, hoc est Christo, noxq; diurno sideri, idest Diabolus cedat nobis, vt cum diuino sidere, hoc est cum Christo locum habeamus; Nam Christus, est sidus, nostris refulgens sensibus. Hoc pro tãto desiderare debemus, vt culpa, quam nox intulit, idest Diabolus non im-
Notan. mitendo, sed sugerendo, recedat à nobis. Hic velim notetis, quòd Diabolus, vt perperam sunt multi opinati, non est caussa nostri peccati, at nostra volũ-
Dub. tas deficiẽs, non enim est peccatum, nisi voluntariũ. At dicetis, si non est caussa peccati hominis, quo er-
Sol. go modo culpã in primos Parentes apportauit? Respondetur ad hoc, quòd non fuit factum per immissionem, sed tantum per deceptionem, quã errarunt Primi allecti, Parentes. Quare labescat siue euanescat, ac destruatur lucis munere, hoc est Dei dono, in nobis culpa talis. in cuius rei signum, precemur idẽ supplices, ac humiles, Deum, vt noxas omnes, idest res omnes nocentes, vitiaq; omnia nostra amputet, vt in perpetuum ab ore canentium, idest fidelium Christianorum, dignè laudetur. Eia ergo sommus, ac torpor inertiæ, siue accidiæ nostræ, ad bonum operandum, recedat à nobis, vt sobrij existentes, & in orationibus vigilãtes, ipsi Deo grati simus. Quod de facili, consequemur, vbi primum lingua nostra concinet, hoc est corde credet, ipsisq; vt interiori respon-

spondebit. Mihi igitur petenti Dominé Deus, quæso succurre, vt tenebræ locum dent lumini, & gratia tua diuina, menti illabatur meę, quia tunc culpa omnis mea, desitiet, & omnino euanescet, & ita similis ero minimè descendentibus in lacum, sed hic, & in futuro, te Dominum meum laudabo, eo quia non auertisti faciem tuam à me seruo tuo. Amen.

Somno refectis, &c.
Quod fugiendum peccatum



T venenum infirmo fugiendnm, quia caussa mortis humanæ vitæ, non secus arbitror, & fortius, peccatum esse fugiendum; quia mortis stipendium; Nam hoc rationalis anima, Dei gratia priuari dicitur, nec nō per ipsum, mori spiritualiter, vt habetur Ezec. 18. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Et Sapien. 16. ait, quòd homo per peccatum, animā suam occidit: Dei beatitudine priuatur, idest gloria, potestatiq; Dæmonum traditur, ideo quasi à facie colubri, homo fugere debet peccatum, ne in æternam mortem labatur. Hinc Tobias suo dicere consueuit filio: omnibus diebus vitæ tuæ, in mēte Deū habeto, & caue ne aliquando peccato consentias, & Domini Dei nostri mandata prætermittas; Hic notetis velim multorum exēpla peccatorum, qui propter sua, sunt peccata puniti, vt Cayn, Farao, Nabucodonosor, Sodomitæ, Egyptij, & Israelitæ; Vnde Isaias 26. dicebat. Hic est omnis fructus, vt auferatur peccatum, quo serui simus, eo quia libertatem amittamus nostram, vt habetur Io. 1. Qui facit peccatum, seruus est

Ezec. 18 *Sap.* 16 *Notan.* *Isa.* 26. *Io.* 1.

est peccati. Insuper, peccato nonnè incurrimus mortem perpetuam? Certè sic, vt est legere apud D. Ioan. Euang. 1. & in peccatis vestris moriemini; Separamur à Deo, & ideo dicitur: Peccata vestra diuiserunt inter me, & vos; In reprobum tradimur sensum. Roman. 1. Tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non nouerunt. Salus nostra recedit à nobis, vt Psal. ait: longè à peccatoribus salus; Sitim, famem, & similia patimur iuxta illud, meritò hęc patimur, quia in fratrem nostrum peccauimus; Nec pacem in membris nostris habemus; Vnde, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Cum itaque tot mala, immò multo plura producat, idcirco omni conatu nostro, quasi à facie colubri, fugere debemus peccatum. Verùm dicetis, num peccatum à bono, vt à caussa? Mihi quòd non videtur, iuxta illud Matt. 7. Non potest Arbor bona, fructus malos facere, & ideo peccatum à bono, vt à caussa non est; Deinde Agens effectum, sibi assimilat, sed peccatum bono non assimilatur, non ergo, &c. Insuper, quod est à bono, est ad bonum finem, at peccatum non sic, ergo. Hic venit notandum. Secundum Scotum lib. 2. senten. dist. 24. quòd in mortali peccato, duo concurrunt; Vnum positiuum, vt materiale; Alterum priuatiuum, vt formale: Huiusmodi autem priuationis, nulla datur caussa effectiua, sed defectiua tantū; Voluntas verò, quæ rectitudinis dandæ actui suo, debitrix, & non dat, sic defitiendo peccat, & efficiendo ipsa actum positiuum, cui annexa est illa priuatio, quam tamen per se, voluntas non intendit. Vnde Dyon. 4. capite ait. Nemo agit ad malum aspiciens, ideo caussa illius priuationis, voluntas per se non dicitur; Nunc rationibus formatis, ita dicendum, & Primò primæ, quòd Saluator noster per Arborem, actum intellexit interiorem, & per fructum, actum exteriorem,

Ioan. 1. Rom. 1. Psal. Dub. Sol. Scot. Notan. Dyon.

exteriorem, qui bonus non est, nisi interior actus, sit bonus. Ratio secunda, currit de caussa efficiente non de caussa deficiente. Tertia, & vltima de eo concludit, quod ab effitiente effitiendo, non defitiendo: Bonum autem caussa dicitur deformitatis peccati defitiendo, non effitiendo, & idcirco, non concludit ratio. Hæc satis.

Splendor Paternæ gloriæ.



NTER omnes (vt intuenti patere potest) hymnos, certè isto, nullus Sanctior, Doctior, Dignior, humilior, eloquentior, ac spiritualior, si benè, & ritè verba attendantur; Nã pro materia, hymnus iste habet, credere scilicet, vnitatem in trinitate, & trinitatem in vnitate, ideo dicitur; Splendor Paternæ gloriæ, idest ò fili Dei Patris, qui per Patrem glorificaris, proferens de luce lucem, idest de Patre, siue de te ipso Spiritum sanctum manifestans: Vel proferens, siue manifestans te ipsum lucem venientem in hunc mundum, qui Dei Patris fons, & luminis origo in creaturis splendentis, & ò Dies, fili Dei, Diem illuminans, idest Apostolos, qui deinde à te illuminati per prædicationem alios illuminarũt; Nam tu dixisti, quam diu sum in hoc mundo, sum lux mundi, & ideo vt vera lux solq; illabere, siue descende, & inhabita mentibus nostris; Tu enim Paternæ gloriæ splendor, & micans, idest splendens, propterea perpetim nitore, idest nomine tuo perpetuo, iubarq; Sancti spiritus, infunde quęso nostris sensibus, idest mitte Sancti spiritus splendorem, vt te non solum vocemus filium, verum etiam in Patrem, quasi dicendum. Ex quò. ò fili

Res considerata hymni.

fili Dei,& Paternæ gloriæ, splendor de luce, lucem proferens, mentesq; hominum illuminans, adueni nunc,vt Sol,& sic tuo lumine perpetuo, & æterno, infunde,atque immitte nostris sensibus, siue mentibus iubar, ideſt Spiritum sanctum, vt votis, hoc est desiderijs, atq; præcibus vocemus Patrem perennis gloriæ,ideſt perpetuæ,nec non Patrem potentis gratiæ; Tu enim gratiam, & gloriam confers,iurè ergo merito perennis Pater diceris gloriæ,& Pater potentis gratiæ. Nobilissimi Auditores,quis nos strenuos, castos, & modestos facere potest nisi ipse? Solus ergo Pater potentis gratiæ,& perennis gloriæ,propterea culpam religet lubricam, hoc est libidinis, siue luxuriæ nostræ restringat fluxum,malaq; omnia pellat nostra, ne citò in actus labamur malos, sed actus informet strenuos,hoc est honestos,& mores bonos, & operationes, dentesq; retundat inuidi, ideſt Diaboli vires frangat, quia vt inuidisse, dictus est primis parentibus in paradiso terrestri positis, ad male, ita semper faciendum Christianos seducit. Verùm id tantum orare non debemus, sed etiam,vt casus secūdet asperos, ideſt ipse gloriæ splendor, in nobis casus asperos, hoc est ruinas, calamitates, omnesque perturbationes prosperas, castigatione, ac paterna verberatione faciat; Nam Pater, dum filium (humanitus loquendo) castigat, ac corrigit, ad melius, nec ipsum occidit,ita hoc idem precari debemus,donec gerendi gratiam donet, ideſt auxilium flagella sustinendi, ne amplius incidamus in miserabiles calamitates, siue asperos casus,ideſt hostis inuidi tentationes. His accedit, quòd consolatorem nostrum, ideſt Spiritum Sanctum orare debemus,vt gubernet mentem nostram in castitate, & fide perfecta, vt scilicet casto fideli, corpore viuamus, cùm sit, quòd Deo castitas fideli multum placeat. Vnde vt mensura, sit

ra, sit in fide Eccl. Sancta Catholica subdit. d. calore ferueat, idest fides nostra, Spiritus Sancti calore ardeat, & hoc fraudis venena mens nostra, vt nesciat, idest fraudis operationes Diaboli, sed Christus nobis sit cibus, non solum quantum ad corpus, verùm etiam quantum ad animam; Nam caro Christi nos alit, eiusq; sanguis nos potat; Nec mirum, duobus enim istis pascimur, atq; nutrimur, ideo Christus, sit nobis cibus, & potus noster sit fides. Quare læti bibamus sobriam ebrietatē, idest moderatā Dei audiamus concionem, quia vt cibus inebriat hominem, Dei verbum non secus, inflammat, atq; accēdit hominis mentem in Spiritus Sancti amore. O' quæ sobria temperatura? ò quam modesta? ò quæ suauitas interna? Insuper vt ebrius memoriam perdit, obliuioniq; omnia tradit, ille non secus, qui gratia Sancti Spiritus plenus, mandatorum omnium mūdanorum obliuiscitur. Vultis exemplum? Illud Petri dicētis, vobis succurrat: Domine, bonum est nos hic esse; Lætus itaque Dies hic transeat, idest præsens hęc vita nostra, cum letitia, & gaudio terminetur vna cū Deo Patre, qui Dies vitæ nostræ dicitur. Et sicut Christus cibus noster, pudor quoque se habeat vt diluculum, idest castitas velut diluculum, siue vt aurora luceat; Fides verò nostra, vt meridies; Nanque vt in meridie solis calor feruet, fides ita nostra, vt meridies feruent Spiritus Sancti amore. Crepusculū autem mens nesciat, hoc est, mens nostra, peccatū nesciat, ita vt Aurora cursus prouehat. i. Deus Pater cursus suos manifestet, idest actus, atq; suas dispositiones, prouehatq; filium suum, idest ad superiora ducat; Aurora verò, idest ipse Christus totus, prodeat se, idest manifestet, qui Aurora totus nuncupatur, quatenus in Deitatis substantia siue Patris, est totus & in verbo totus Pater, idest in filio, Paterq; vnus

Cur Christus Aurora.

Io. 14. est Deus cum ipso, iusta illud Io. 14. Quare; vt hoc tantum mysterium tempore suo intueri valeamus per ineffabilem diuinarum personarum in vna substantia vnionem, hic elaborandum, vt iuxta talenta, quæ nobis Deus tradidit, operemur. **Amen.**

Splendor Paternæ gloriæ.
An Deus vnus.



ATIS acumulatè, quæ prætacta in superiori hymno examinaturi, in p̄senti quæsita duo ꝑponemus; Quorū primū; An Deus, sit vnus; Alterum verò, num trinus in *personis*. Quò ad primum, pro destructiua parte, sic arguitur; Dij multi, vt testatur Apostolus

Cor. 1. Cor. 1. igitur non vnus Deus. Deinde, vnum est numeri principium, at hoc Deo non conuenit, idest dici minimè potest de Deo, non ergo vnus. In contrarium se habet illud Deut. 6. Audi Israel, Dominus

Deut. 6. Deus tuus, vnus est; Præterea, fide tenendum, non solum, quòd Deus sit vnus, verùm etiam rationibus

Scotus. pluribus, quòd probari possit, vt testatur Scotus lib. 1. Distinc. 2. q. 3. Quare, ne circa vias adducendas pro corroboratione huius veritatis, tempus conteramus, ad argumenta pro negatiua parte adducta, sic respondebimus, ad primum ita dicentes, quòd currit de Dijs nuncupatiuè, non essentialiter, quo modo, Deus vnus. Vel dicatis, quòd talis adducta instantia, sit intelligenda, non secundum veritatem, at bene secundum multorum errorem. Ad formatā in ordine rationem secundam, respondendum, quòd quamuis vnum vt est numeri principium, Deo non

com-

competat, vnum tamen, quod cum ente conuertitur, Deo conuenire, non subterfugiendum. Vel aliter dicendum, quòd vnum vt priuationem dicit, licet Deo secundum rem non ascribendum, nihilominus secundum modum nostræ apprehensionis, ipsi attribuendum. Dilucidato dubio Primò, subsequitur alterum, dum quæritur num Deus in personis, sit trinus; Mihi quod non primò apparet, quia in diuinis personæ idem sunt, Deus ergo minimè trinus. Vlterius, Pater totum quod potest, dare dicitur filio, at qui dat totum quod potest, amplius dare non potest, igitur nec aliam producere personam, ideo non tres diuinæ personæ in oppositum se habet fides Catholica, quæ nobis proponit vnum Deum in essentia, & trinum in personis, confitendum, & credēdum; Modo rationes formatæ dilucēdæ, deinde erit finis. Concedatur itaque prima, de identitate essentiali, non personali. Altera ratio concedenda sub hoc sensu, si det omni modo, quo potest, at quia non dat omni modo, quo potest, icci rco ratio non concludit. Hæc intantum. *An Deus trinus.*

Immense Cæli Conditor.



DILVCIDATVRI hymnū præsentem, rem primò consideratā perpendemus; Deinceps, ad singulos enucleandos versus, accedemus. Res quo ad primum, considerata huius hymni, vt speculanti patet, diuinum opus, est laudare. Et cum ad nouitates inspiciendas, valde simus affecti, nihilq; magis nouum, quā mundi productio appareat, idcirco sicut heri lucis cantauimus Creationem, nunc propterea, cælo mediante, *Materia hymni.*

aquarũ cantabimus diuisionem in hunc modum dicentes: Immense cæli Conditor, &c. Vbi Mundi artificem, siue factorem laudare inuitamur; Nam vt
Gen. 1. Gen. 1. est videre: Deus, firmamentum fecit in medio aquarum, eiusque spatio, siue interstitio, aquas quæ sub firmamento sunt ab alijs, quæ super firmamentũ, diuidendo. Vnde admodum aptè, pulcrèq; hoc Canticum præsens operis illius secundæ Diei mentionem facit; Nanque tale, in feria secunda, quæ secũdus, est Dies hebdomadę canimus, eo quia ordine, & nomine secundæ Diei creationis, respondet. Dicamus ergo sic: Immense Cæli Conditor, &c. Deus certè, vt vos non latet, immensus suæ Maiestatis præsentia, cum in ipso Deo dimensionis quantitas, sit minimè, sed virtutis tãtum. Hinc detegitur, quòd propriè in Deo, minimè concedenda longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum, sed Metaphoricè tantũ; Nam in Deo admittitur Charitatis latitudo, qua nos ab errore reuocat: Est, & longitudo Patientiæ, qua malos expectat ad pænitentiam, dissimulans peccata eorum; Insuper sapientiæ sublimitas in Deo admittitur, qua omnem superat sensum, omnia enim sunt nuda, & aperta oculis eius. Datur quoque in ipso profundum iustitiæ, qua peccatores damnat in peccatis perseuerantes, vt Matt. 25. habetur his verbis.
Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternum: ò Deus ergo, qui es sine mensura, quiq; Cæli Conditor, quia dixisti, fiat firmamentum in medio aquarum, & est factum; Qui diuidens aquarum fluentem quantitatẽ, partim in terra relinquens, & in Cælis partim retinens, & ne ista fluenta, siue aquarum nimietas mixta confunderet, confusionemque inducerent, rebus super terræ faciem mixtis, vt elementa erant, quæ tunc confusa, & chaos vnum, Cælum in medio istarum aquarum posuisti, idest inter superiores, & inferio-

feriores, nec sine caussa, quia pars illa aquarum, quã Deus terræ dedit, id pro tanto factum fuit, ne Calor res disciparet mundanas. Altera verò pars, quæ data Cælo, & ipsa quoque consideranda miro artifitio; Nam Cælum vt vos non fugit, substantia ignea dicitur. ignis verò in aere leuis, ideo si Deus aliud non apposuisset, firmamentum, totum leuiter combureretur Cælum. At dicetis, quo modo aqua super ignẽ manere potest? D. Aug. huic difficultati satisfacit in hunc modum dum ait, quòd ignis fortitudo coagulat aquas. At adhuc dubitatis, ita dicẽtes, cùm Cælũ mobile sit, volubile, & rotundum, qua via, aqua super ignem manere dicetur? D. Ambr. sic ait: Corpora multa dari, quæ licet exterius, sint rotunda, interius nihilhominus, sunt quadrata, vti de Cælo dici potest. Vel aliter respondeatis, ita dicẽtes, id virtute Verbi factum. Ego verò clarius ob oculos vestros in quæstionibus meis super hos hymnos, quas formaturus, intimius veritatem tangam, & aperiam, interim hæc dicta sint satis; vt iter meum ad sequentia non impediatur. ò Cæli Cõditor ergò immense, qui cursus aquarum (ne superiores aquæ inferioribus forent similes) diuisisti, Cælumque limitem dedisti, ita vt Cælum ipsum terminans esset, inter aquas superiores, & inferiores, fac quæso, vt nos ploremus in corde prius, vbi compunctionis aquæ debent esse, & postea in oculis apparere, ne mixta cõfundantur, idest nos, qui sumus compositi ex parte duplici, idest ex materia, & forma, idest ex corpore, & anima. Tu enim es firmans cælestibus locũ, hoc est Angelis, simulq; firmans locum terræ riuulis, & nobis, qui sumus de terra, vt vnda, idest aqua temperet flammas, idest ardores, siue firmamenti ignẽ, & hoc, ne flãmæ valeãt dissipare, siue dissipent terrę solũ, hoc est ęqualitatem termini, quia si aliter eueniret, proculdubio

Dub.

Sol.

Dub.

Sol.

omnia

omnia ruerẽt, quòd minimè fit, quoniam tua summa Prouidentia, omnia, sunt bene disposita. Quare te petimus immensę Cęli conditor, & Pijssime, vt nũc, donum perẽnis gratiæ tuæ, infundas, ideſt nobis Spiritus Sancti donum, cõcedas, ne error atterat vetus, scilicet Idolatriæ, vel Idolorum, vel originale peccatum, attrahat nos casibus nouæ fraudis ad peccandũ, sed lucem fides inueniat, ideſt fides noſtra, Christi Doctrinam inueniat. Sunt etenim multi, qui dicunt, se credere, in Christo manere, societatemq; cũ Deo habere, sed tamen fides lucem non inuenit, eo quia viuant in peccatorum tenebris. Sic ergo luminis iubar ferat, ideſt Sancti Spiritus splendor, nobis hanc doctrinam largiri dignetur, vt hæc fides, cuncta vana terreat, hoc eſt prauitatem hæreticam, seu Diabolicam tentationem, ita vt hanc lucem, siue fidem, falsa nulla fides comprimat, at omnia superſtitiosa explodat, dogmataque falsa, funditus opprimat. Amen.

Quid per errorem.

Immense Cæli Conditor.

An Deus immensus.



DOMINE Dominus noſter, si mihi (vt consueuiſti) faueres, libentiſſimè de tua verba facerẽ immensitate; In te enim nulla dimensionis quantitas, sed virtutis tantum. Nec vbique es, corporis mole, at benè maieſtatis tuæ præsentia, quo modo, proculdubio immensus. At hic notetis, in Deo immensitatem quatuor complecti videlicet, infinitatem: Incomprehensibilitatem: Incircumscribilitatem, & æternitatem. Deus itaque in se consideratus, sic, eſt infinitus;

Notan.

Si verò

Si verò in comparatione ad intellectum, sic est incomprehensibilis; Si comparatiuè ad locum, sic, est incircumscriptibilis; Si autem comparatiuè ad durationem, sic æternus est. At ingenio pollentes, dicetis vos, verum minimè esse, quòd dimensionis quantitas, nulla sit in Deo, cum sit compositus, & in composito, talis inueniatur quantitas; Quod autem insit compositio, audite; Nam illud quod animam habet, nône compositum? Deus, sic se habet, ergo &c. Minor clara, per Apostolum ad Hebr. 11. ita dicentem: Iustus ex fide viuit, quòd si subtraxerit se, non placebit animæ meæ, Deus igitur cōpositus, & consequenter habens, est dimensionis quantitatem; Prætcrea, ira, gaudium, & similia, nonne coniuncti sunt per Philosophum lib. de Anima? Sed Deo talia ascribuntur per sacram paginam, & potissimum per illud Psalm. Iratus, est furore Dominus in Populum suum, igitur Deus compositus, & ita non immensus. In oppositum se habet veritas, quæ est, quòd omne compositum, est corpus, at Deus, est spiritus, ideo immensus. Nunc argumentis respondendum, deinde erit finis. Primum ergo debet intelligi de anima respectu actus, non autem partis compositi. Vel anima sumenda pro voluntate, non pro compositi parte. Altera ratio, similitudinariè currit, & effectiuè, non defectiuè, & hæc satis. Plura si desideratis, legite D. Tho. p. p. 5. q. 7. vbi de infinitate Dei: De æternitate q. 10. quæ includuntur in Dei immensitate, de qua hymnus prædeclaratus, ibi, immense cæli conditor, &c. Hæc intantum.

Dub.

Heb. 11.

D. Tho. p. p.

Consors

Consors Paterni luminis.



SI mihi linguæ centum forent, oraq; centum, satis abundè hymnum hũc, quem pręmanibus habemus, explicare minimè possem; Ne tamen vri nota aliqua videar posse, pro viribus meis primò huius materiam tãgam; Deinceps singulos versus aperiam. Quantum ad primum, hymni præsentis materia, Noctis Resurrectio, esse dicitur; Vt enim quando surgimus, noctem rumpimus, ita Christus resurgendo in nobis per gratiam, rumpere dignetur, & à nobis expellere peccatum, vt sui amoris igne succensi, ad supernorũ Ciuium societatem perducamur; Quod de facili assequi poterimus, si in hunc modum canentes, dixerimus. Consors Paterni luminis, hoc est, ò Christe, qui Patri es æqualis, & naturæ eiusdem, vnum enim est Patris, Filij, & Spiritus Sancti lumen, tu lux lucis, & filius lucis, idest Dei Patris, assiste quæso postulantibus, ac deprecantibus, vt te laudando, hostem rumpamus, siue frangamus. Hic discite Christicolæ omnes, Deum humiliter inuocare, vt nobis, natisq; vestris, dignetur assistere ad mentis cecitatem, pigritiamq; expellendam. Vnde noctem canendo rumpimus, assiste postulantibus. Pro vberiori hymni huius intelligẽtia, velim primò sciatis, quòd Christus duabus de caussis consors Paterni luminis dicitur, quarum prima, est quia de Patre procedit per gen. æternam, emanatq; lumen de lumine, vt lux de luce. Vnde Sapien. vij. Candor, est lucis æternæ. Secundò lux lucis Dei filius dicitur, quatenus non est à se, sed à Patre, & Deus de Deo. Hunc proptere-

Materia hymni.

Munus fidelium.

Sap. 7.

rea

rea rogare debemus, vt noctem, ideſt Diabolum, vel noctem, ideſt peccatum à nobis expellat, & ideo nunc canitur: Aufer tenebras mentium, ſiue cordium obſcuritates, fuga cateruas Dæmonum, ideſt ſocietatem, ne nos decipere, ſiue tentare valeant ſupra id quod poſſumus. Expelle quoque ſomnolentiam .i. animæ, & corporis pigritiam, nobiſq; des ſollicitudinem, ſiue fortitudinem reſiſtendi contra Cateruas Dęmonum, ne pigritantes obruat, ideſt ne animæ pigritia talis, obruat, ideſt pigritantes, ideſt dormiẽtes in peccato, ſubmergat. Tria auferri à nobis hic petimus, quorum duo ex originali peccato nobiſcum nata, ignorantia nempe, & Dæmonum ſuper nos poteſtas; Alterum à nobis ex negligentia noſtra cauſatum, ideo dicimus, tolle à nobis Domine ignorantię tenebras, erroremq; mentis noſtræ fuga, eijceq; Spirituum malignorum turbas. Nec his cõtenti tantum, petimus inſuper, vt à nobis ſomnolentiam tollere, ac detrahere dignetur, ne ipſa nos, ſic pigritantes in lacu profundo, ideſt dormientes demergat. Quare ò Chriſte, ſic nobis indulgeas, & credentibus, ideſt fidelibus tuis parcas; Credimus nanque primò corde, quia Conſors Paterni luminis, ideo fides talis, ſiue credulitas proſit, ac vtilis ſit exorantibus, ideſt rogantibus, quod precinẽtes canimus, ideſt nos præconizantes Pſallimus, ideſt corde puro cantamus, & corpore laudantes, te Patri æqualem, vt tandem ad vitam æternam peruenire valeamus. Amen.

Hæc intantum.



I Con-

Consors Paterni luminis. An in diuinis, filius æqualis sit Patri.



D vberiorem Doctrinã eorum, quæ in superiori tacta fuere, hodierna die, quęstionem illam de filij in Diuinis æqualitate collatiuè ad Patrẽ excitabimus cognoscendi gratia, quid tenendum. Quæritur ergo, an filius Patri æqualis. Mihi quòd non apparet; Nam
Io. 14. apud D. Io: 14. hæc verba leguntur. Pater maior
Cor. 15. me est, igitur minimè Patri æqualis; Deinde Cor. 15. ait Apostolus, quòd ipse filius, illi subiectus erit, qui sibi omnia subiecit, Patri propterea non æqualis. His accedit, quòd Paternitas ad Patris dignitatẽ attinet, sed filio talis non conuenit, idcirco Patri filius, non est æqualis. Insuper, quomodo filius Patri ęqualis, cum filius quicquam nequeat à se facere, nisi quod viderit Patrem facientem, vt habetur Io.
Io. 5. 5. Præterea, nonne maior est illius potentia, qui præcipit, quam eius, qui obedit, & audit? at filio Pa-
Io. 14. ter mandat iuxta illud D. Io. 14. Sicut mandatũ dedit mihi Pater sic facio, filius itaque Patri non ęqualis. Pro dilucidatione huius quæsiti, supponendum venit, quòd in Diuinis, filius sit æqualis, iuxta illud non rapinam arbitratus est, se æqualem esse Deo. Nunc tollendę, ac dirimendæ sunt rationes formatę, & primò prima, quæ quò ad humanam currit naturam, non diuinam; Altera in ordine secunda, intelligenda venit quantum ad relationem, non autem

quan-

quantum ad magnitudinem, penes quam in Diuinis æqualitas attenditur, quare filius Patri æqualis in magnitudine, & naturæ perfectione, siue ratione diuinæ essentiæ. Ad tertiam rationem respondetur, quòd ob id non subtrahitur quicquam potestatis à filio, licet ostendatur, quòd filius à Patre habet potestatem, à quo naturam. Ad vltimam responderi potest, quòd intelligi habeat quantum ad scientiæ cõmunicationem, sicut, & essentiæ. Vel dicatis aliter, scilicet, instantiam adductam, fore intelligeudam secundum naturam humanam, non diuinam, & hæc satis.

Ales Diei nuncius.



X quo cæpimus decantare Domino Deo nostro, iterq; inceptum prosequi volentes, hodierna die, hymni præsentis materiam tangemus primò ita dicentes, Esse, Christum, rogare ad nobis succurrendum, vt à vitijs surgamus, & virtutibus hæreamus; An verò res ita se se habeat loco secundo quæso audite. Ales Diei nuntius, &c. Vt gallus nos excitare, & ad Diẽ venientem prænuntiare consueuit, ita Christus intimius excitat nos, per sacram Scripturam pręnuntiãs, quòd in proximo, sit ipse Rex noster, venturus, cum dicitur, surgite vigilemus, quia propè est Dominus. Vnde ales Diei nuntius, &c. quod est dictu, vt gallus Diei nuntius, & concionator præcinit siue prædicat nobis Diei lucem, idest Christum, qui est lux mundi, ita Christus excitator mentium, siue visitator nostrarum, qui nos ad vitam æternã vocat. Quid verò dicat audite; Nam clamat, ac vociferat his

Materia hymni.

verbis: Auferte, hoc est relinquite, ac dimittite ò Desides, idest pigri. Vos quoque ò casti operes ò recti, ac sobrij .i. temperati, vigilate, & ægros lectulos .i. infirmos auferte, in quibus iacent peccatrices animæ infirmæ. Quare lectulos ægros, idest peccata, relinquere debemus nostra, & vigilare, quia Christus ait, iam sum proximus, vt puta vnicuique præmiũ suum dare, siue bonũ, siue malum, secundum quod gesserit in corpore. Nos ideò primum canamus vocibus, hoc est Iesum vocemus præcibus, flentes cum lacrymis, & præcantes, siue ipsum rogantes, sobriè, ac sine feditate omni, atq; intenta supplicatione, siue oratione; Nanque talis oratio, si perfecta, cor hominis vetat, idest præcipuè non dormire, ac bene mundum, idest purum, & sine mortali peccato permanere. Tu ergo somnum nostrum ò Christe *discute*, diuide, ac dissipa, hoc est peccatum vetus, idest originale: nouumq; lumen ingere, siue in nobis mitte Sancti Spiritus lumen, vt veteri peccato recedente per contritionem, & confessionem, nouus in homine, ac rectus gratia Sancti Spiritus, renouetur; Nam nullatenus Spiritus Sanctus manet cum peccatore. ò igitur illi fœlices, qui Christum in hunc modum, sunt rogantes, vt amoueat, ac separet à se ipsis somnum, non solum temporalem, verùm etiam spiritualem puta peccatum, vel Diabolum, ne amplius decipiat, veluti primos decepit Parentes originalis peccati occasione; Insuper, ne nos cum appendicibus, quasi ad manum trahendo ad ignorantiam, infirmitatem, concupiscentiam, & fomitem nostræ perditionis occasionalis caussa videatur. Sic enim orantibus, ad laqueos insidias, inferniq; pænas euitandas, Christus proximus ad succurrendum, & iudicãdum, vt illius infirmi exemplo, qui triginta, & octo annos laborauerat in infirmitate, iam clarum; Nam illi

Quid per lectulos.

illi dixit Dominus vis sanus fieri? surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Vos itaque Christicolæ vigilate, quia nescitis diem, neque horam, quia filius hominis, qua hora non putatis veniet, & illi beati, quos inuenerit vigilantes. Hæc satis.

Ales Diei nuntius.

De his, quæ Christus exigit à nobis.

IN gratiam dictorum, in animum induxi meũ, pertractare hodie de his, quæ Christus Dominus noster exigit à nobis, quibus (vt vos nõ latet) animam, corpus, & diuitias dedit, propterea suum ab his postulare dicitur effectũ, vt nostræ valde cupidus salutis. Ab anima primò, vt rem aggrediar, quid Christus desideret, audite; Nanque nil aliud, nisi amorem: vnde Luc. x. ait: Diliges Dominum, Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex toto anima tua. Quid verò à corpore, nisi laborem ieiunia, & abstinentiam? Hinc Rom. xij. hæc verba leguntur. Exhibite corpora vestra hostiam viuentem, &c. Quid à diuitijs? certè Eleemosynam, & ideo ipse ait: Ego sto ad ostium, & pulso, videlicet in pauperum persona, iuxta illud Saluatoris dictum, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, &c. Surgamus ergo à vitiorũ somno, à prauis cogitationibus, à fornicationibus, ebrietatibus, & ab auaritia, inuidia, & similibus malis, quia cæci more illuminati, amoreq; pleni, spei, &

Luc. x.

Rom. 12

gratia

gratia Dei, tunc beati. ò fortunati illi, qui surgunt velocius per confessionem, & contritionem à peccatis, & dum lux mundi apparet flagrant illuminari, nec non dum aures tenet apertas, anhelant audiri. Eia Nobilissimi Auditores, certatim omnes, cordis nostri oculos aperiamus, tendamusq; ad syloe aquas, ambabusq; manibus, hoc est dolore de commissis erroribus, & spe Diuinæ misericordiæ, nos abluamus in aqua consolationis. Sacerdotes in primis, ab irregularitatibus; Nobiles à superbia; Discipuli à vanis scientijs; Populi à deceptionibus; Doctores à fabulosis studijs; Domini temporales ab iniurijs; Senes à consilijs malis; Viduæ ab incontinentijs; Subditi à vitijs diuersis; Pauperes ab impatientia; Diuites ad impietate; Coniungati à libidine; Ciues à malitia; Mercatores à mendacijs; Religiosi ab indeuotione; Denique totus mundus à tenebris, qui in maligno, est positus; Nam hic odium, hic Bellum, hic insecutio, hic incontinentia, hic blasphemiæ, hic stupra, hic fornicationis, hic adulteria, & similia, ita vt fronte aperta, audeam fateri in nobis nil boni inueniri; Nam pedes, sunt veloces ad effundendũ sanguinem; Manus plenæ sunt sanguine; Omne caput languidum, Venter insatiabilis: Vnde dicitur, quorum Deus venter est; Oculi, sunt sine timore Dei; ideo dicitur, non est timor Dei ante oculos eorum; Nares, sunt sine odoratu; Vnde dicitur: Nares habent, & non odorabunt; Aures, sunt incircuncisæ; Venenum aspidum sub labijs eorum; Quò ad intellectum, animalis homo non percipit, quæ Dei sunt; Voluntas, prona est ad malum; In ore non est veritas; Vana sunt opera hominum; Finis tandem puluis est. Surgamus itaque dum tempus habemus à vitijs, & bonum operemur, quia sic à Deo cor illuminabitur nostrum. Amen.

Quid per manus.

Quod in nobis nil boni.

Psalm.

Telluris

Telluris ingens Conditor.



IRCA præsentem hymnum versaturus, ne videar velle à mea consuetudine recedere, huius materiã primò tangam; Insuper aduersus explicandos, accedam; Quò ad primum, hymni materia, est Deũ precari, vt fecit cælum, & terram, & aquam superiorem ab inferiori diuisit, ita dignari velit, nos à maligno inimico separare. Deinde, vt Deus terram dedit immobilem, stabilem, ac firmam secundum totum licet oppositum contingat secundum partem, ita sibi innata misericordia, nobis succurrere velit, mentem firmam, ac stabilem ad bonum faciendum opus, largiendo, vt hic dicitur. Telluris ingens Conditor, &c. idest, ò totius mundi factor ingens, idest diuidens, siue qui solus mundum diuisisti, siue formationem huius mundi, videlicet superiores aquas ab inferioribus, terramq; vt paulo ante dixi, immobilem dedisti, pulsis aquæ molestijs, quia multum prius erant molestæ, nec non multum cõfusæ, vt germen aptum proferẽs, idest, vt terra fructum bonum hominibus, tempore suo daret, vt fæcunda, & abundans fructu acceptabilis; Deinde vt ipsa terra decora, idest pulchra, floribus, idest rubeis, & albis, quæ pro & ipsa terra gratum redderet pastum, idest cibum, non solum hominibus, sed etiam creaturis alijs, idcirco ò Conditor mentis perustæ vulnera, mũda vigore tuæ gratiæ, hoc est Spiritus sancti virtute, vt facta nostra diluat, siue peccata nostra mundet, fletu cum lachrymis, cum potissimum planctu cordis, specialiter plorare debeamus: Motusq; prauos quæso atterat, hoc est

Materia hymni. Dub. Sol.


est Conditor ipse malos auertat motus, idest prauos modos operationum nostrarum, iussisq; tuis obtemperet, mens vt puta nostra, tui Sancti spiritus gratia, illuminata, hoc est præceptis, siue mandatis obediat tuis, nec vllis ob id malis approximet, siue ad opera mala patranda: At bonis repleri gaudeat, iam bonis operibus plena, & ita mortis actum nesciat, hoc est mens ipsa mortale interim peccatum nõ cognoscat. Si Domini, laborantes, aliquando, relaxationis aliquantulum non haberent, profectò sub onere deficerent; Nam nimia arcus contractio ipsum frangit, & ideò Sancta Mater Eccl. in hymnis Vespertinis, suorum oculos fidelium, vt oblectet, semper aliquid diuini operis noui canit, vt hic, dicens. Telluris ingens Conditor. Mundi solũ, qui Eruens, pulsis aquæ molestijs, terram dedisti immobilem, &c. *Quibus* apertè verbis habetur, quòd Deus totius orbis, est Conditor, elementiq; terræ, qui eruens, siue exuens, & spolians, nec non mundi solum, idest terram ipsam detegens, siue ex aquis exuens, eo quia prius aquæ vt tegumentum, ac cooperimentum, se habebant. At dicetis, Cur Deus terram produxit? Respondetur ad hoc per subsequentia verba hæc, vt scilicet germen aptum esset proferens, cùm prius arida foret; ò Iesu ergo Amor dulcissime; ò Dei bonitas infinita, quibus te laudibus efferam? Tu enim in montibus fenum producis, & herbam seruituti hominum; Tu das iumentis, & pullis coruorum escam in tempore opportuno; Tu imples omne animal benedictione, eo quia omnia tua implentur bonitate; Tu omni carni, das escam; Tu animam meam de interitu redemisti; Tu vt verus Medicus, omnes sanas infirmitates. Quid propterea, tibi retribuam pro omnibus, quæ ad bonum opus fructificandum tribuisti nobis? Certè nil aliud, nisi hoc, calicem enim salutaris

Dub.
Sol.

ris

ris accipiam, & nomen Domini inuocabo ad vitam æternam. Amen.

Telluris ingens Conditor.
De Cæli significatis.



AD vberiorem Doctrinam eorum, quæ in prædeclarato hymno tacta fuere, tria in præsenti faciemus; Nã primò de Cæli significatis agemus; Insuper de terra; Demum de aqua. Quò ad primum, sciatis velim, in Diuinis oraculis tripliciter capi Cęlum; Primò propriè vt contra elementa distinguitur, videlicet pro luminoso corpore, actu, vel potẽtia, per naturam elementarem regionem, circundante. Secundò capitur impropriè, vt per participationem dicitur proprietatis corporis cælestis, idest pro leui corpore, & sublimi diaphano, & luminoso actu, vel potentia, quo modo aerem, & ignem includit, vt ibi, benedicite volucres cæli Domino in puerorum hymno. Tertiò capitur Metaphoricè, quo modo benedicta trinitas cælum nuncupatur propter eius spiritualitatem, subtilitatem, lucem, & summã perfectionis altitudinem. Adhuc sciatis velim, multiplex esse cælum, aereum videlicet, æthereum, olympium, igneum, stellatum, chrystallinum, atq; empyreum. Cælum aereum, regio est aeris inferior; Cælum æthereum, aeris regio superior, quæ mouetur ad primi mobilis motũ, ideo dicitur æthereum, quasi semper currens; Cælũ olympium, inferior ignis regio dicitur ab altitudine cuiusdam montis, qui olympius dicitur; Cælum verò stellatum; illud aggregatum ex septem spheris pla-

Tripl. cælum.

Psalm.

Cælum multipl.

Ideſt nos ſopore merſos. qui ſcilicet cecidimus, idcirco miſeri ſumus, libera (inquam) ſopore, ideſt carnali delectatione. Nobiliſſimi Auditores, volentes vos à noxia, ſiue à rebus noxijs, quæ carnem oblectant, ſed animæ obſunt, liberari, & extrahi, ita dicendum; Te ſancte Chriſte poſcimus, ideſt precamur, atq; rogamus, vt parcas noſtris criminibus, ſiue ignoſcas, ecce enim ad confitendum ſurgimus, quod eſt dictu: Si pietate tua, nobis dimiſeris peccata, tunc de virtute in virtutem ad confitendum, atq; laudandum ſanctum nomen tuū libentiſſimè ante lucem, ſurgemus, & ita moras noctis, ſiue Diaboli impedimenta ad benefatiendum retrahētia, ac impedientia, ex corde rumpemus, mētesq; nec non manus tollentes, ideſt cogitationes noſtras eleuabimus, deinde manus, hoc eſt bonas operationes, ſicut nouimus, per Prophetam ita dicentē: *Quid per manus.* Media nocte ſurgebam ad Confitendum tibi: Quod idem Rom.xiij. Apoſtolus his habet verbis, dicens: *Rom. 13.* Iam nos de ſomno ſurgere; Nec mirum, quia vir iſte de nocte laborabat, & in die prædicabat, & ideo geſtis ſuis, ideſt factis, quid nobis agendum, patet. Deus etenim cordium ſcrutator, videt malum, quod fecimus, propterea occulta noſtra, ideſt peccata, per Confeſſionem pandere, ſiue manifeſtare, debemus, gementes, ideſt ſupplicantes, nec non ſuſpiria emittētes, & dicentes: Dimitte Domine Deus, quod, ideſt illam rem, propter quam peccauimus. Tu enim vulnerum noſtrorum, es medela, fac itaq; vt feſtines nos ad te conuertere, ne de die in Diē diſferamus. Vt nanque Suſanam eruiſti de falſo crimine; Danielem de Leonum lacu; Tres pueros de camino ignis ardentis, non ſecus, dignari debes, animam noſtram peccatis vulneratam, ſanare. Sana me ergo Domine, & ſanabor, quoniam ſalus mea tu es; Nam optimè noſti, quòd ſumus delicta noſtra parati,

ti, confiteri, & ignorantias nostras, vt vinculis, quibus hactenus ligati fuimus, solutis, ad te verum fontem gratiarum valeamus peruenire. Amen.

Rerum Creator optime.
De significatis tentare.



ON magno verborum apparatu, sum hodie de quinque acturus; Primò de significatis tentare; Vnde tẽtare dicatur, aperiam, secũdo; Quid tentatio, tertio; Discrimen inter tentari, & in tẽtationẽ induci, quarto; Nũ denique, homo tentari debeat appetere. Quantũ attinet ad primum: Tentare vocabulũ, multas habet acceptiones; Nam primò tentare, est probare, siue experimentum de aliquo summere, vt aliquid sciatur. Ab alijs tentare, nil aliud est quam experiri; Vbi sciendum, quòd Deo, homini, & Diabolo (sed ratione diuersa) competit; Deus nanque, tentat, vt erudiat; Homo, vt sciat; Diabolus verò vt seducat. Vnde autem tentare dicatur, audite; Nam secundũ aliquos, dicitur à tendo à quo tentans, tentator, & tentatio, de quibus Lexicon Theologicum pag. 321. Quid verò tentatio sit, hoc his loco verbis detegitur, est enim motus quidam, vel actus natus inclinare ad aliquod illicitum, à tentatione procedens, vt summat experimentũ de bonitate, vel malitia tẽtati: Nunc speculandum venit, an tentari, & in tentationem induci differant, secundum D. Bern. Dici ergo habet, quòd quilibet tentatur, quando in anima, aut corpore in alicuius delectatione vitij titillatur; Induci verò in tentationem, nil aliud est, quam suæ delecta-

Tentare significata. *Vnde tẽtare.* *Lexicon.* *Quid tẽtari.*

Consors Paterni luminis. An in diuinis, filius æqualis sit Patri.



D vberiorem Doctrinã eorum, quæ in superiori tacta fuere, hodierna die, quęstionem illam de filij in Diuinis æqualitate collatiuè ad Patrẽ excitabimus cognoscendi gratia, quid tenendum. Quæritur ergo, an filius Patri æqualis. Mihi quòd non apparet; Nam apud D. Io: 14. hæc verba leguntur. Pater maior me est, igitur minimè Patri æqualis; Deinde Cor. 15. ait Apostolus, quòd ipse filius, illi subiectus erit, qui sibi omnia subiecit, Patri propterea non æqualis. His accedit, quòd Paternitas ad Patris dignitatẽ attinet, sed filio talis non conuenit, idcirco Patri filius, non est æqualis. Insuper, quo modo filius Patri ęqualis, cum filius quicquam nequeat à se facere, nisi quod viderit Patrem facientem, vt habetur Io. 5. Prætereа, nonne maior est illius potentia, qui præcipit, quam eius, qui obedit, & audit? at filio Pater mandat iuxta illud D. Io. 14. Sicut mandatũ dedit mihi Pater sic facio, filius itaque Patri non ęqualis. Pro dilucidatione huius quæsiti, supponendum venit, quòd in Diuinis, filius sit æqualis, iuxta illud non rapinam arbitratus est, se æqualem esse Deo. Nunc tollendę, ac dirimendæ sunt rationes formatę, & primò prima, quæ quò ad humanam currit naturam, non diuinam; Altera in ordine secunda, intelligenda venit quantum ad relationem, non autem

Io. 14.

Cor. 15.

Io. 5.

Io. 14.

quantum ad magnitudinem, penes quam in Diuinis æqualitas attenditur, quare filius Patri æqualis in magnitudine, & naturæ perfectione, siue ratione diuinæ essentiæ. Ad tertiam rationem respondetur, quòd ob id non subtrahitur quicquam potestatis à filio, licet ostendatur, quòd filius à Patre habet potestatem, à quo naturam. Ad vltimam responderi potest, quòd intelligi habeat quantum ad scientiæ cõmunicationem, sicut, & essentiæ. Vel dicatis aliter, scilicet, instantiam adductam, fore intelligeudam secundum naturam humanam, non diuinam, & hæc satis.

Ales Diei nuncius.



EX quo cæpimus decantare Domino Deo nostro, iterq; inceptum prosequi volentes, hodierna die, hymni præsentis materiam tangemus primò ita dicentes, Esse, Christum rogare ad nobis succurrendum, vt à vitijs surgamus, & virtutibus hæreamus; An verò res ita se se habeat loco secundo quæso audite. Ales Diei nuntius, &c. Vt gallus nos excitare, & ad Dié venientem prænuntiare consueuit, ita Christus intimius excitat nos, per sacram Scripturam prænuntiãs, quòd in proximo, sit ipse Rex noster, venturus, cum dicitur, surgite vigilemus, quia propè est Dominus. Vnde ales Diei nuntius, &c. quod est dictu, vt gallus Diei nuntius, & concionator præcinit siue prædicat nobis Diei lucem, idest Christum, qui est lux mundi, ita Christus excitator mentium, siue visitator nostrarum, qui nos ad vitam æternã vocat. Quid verò dicat audite; Nam clamat, ac vociferat his *Materia hymni.*

verbis: Auferte, hoc est relinquite, ac dimittite ò Desides, idest pigri. Vos quoque ò casti opere; ò recti, ac sobrij .i. temperati, vigilate, & ægros lectulos .i. infirmos auferte, in quibus iacent peccatrices animæ infirmæ. Quare lectulos ægros, idest peccata, relinquere debemus nostra, & vigilare, quia Christus ait, iam sum proximus, vt puta vnicuique præmiũ suum dare, siue bonũ, siue malum, secundum quod gesserit in corpore. Nos ideò primum canamus vocibus, hoc est Iesum vocemus præcibus, flentes cum lacrymis, & præcantes, siue ipsum rogantes, sobriè, ac sine feditate omni, atq; intenta supplicatione, siue oratione; Nanque talis oratio, si perfecta, cor hominis vetat, idest præcipuè non dormire, ac bene mundum, idest purum, & sine mortali peccato permanere. Tu ergo somnum nostrum ò Christe *discute*, diuide, ac dissipa, hoc est peccatum vetus, idest originale: nouumq; lumen ingere, siue in nobis mitte Sancti Spiritus lumen, vt veteri peccato recedente per contritionem, & confessionem, nouus in homine, ac rectus gratia Sancti Spiritus, renouetur; Nam nullatenus Spiritus Sanctus manet cum peccatore. ò igitur illi fœlices, qui Christum in hunc modum, sunt rogantes, vt amoueat, ac separet à se ipsis somnum, non solum temporalem, verùm etiam spiritualem puta peccatum, vel Diabolum, ne amplius decipiat, veluti primos decepit Parentes originalis peccati occasione; Insuper, ne nos cum appendicibus, quasi ad manum trahendo ad ignorantiam, infirmitatem, concupiscentiam, & fomitem nostræ perditionis occasionalis caussa videatur. Sic enim orantibus, ad laqueos insidias, inferniq; pænas euitandas, Christus proximus ad succurrendum, & iudicãdum, vt illius infirmi exemplo, qui triginta, & octo annos laborauerat in infirmitate, iam clarum; Nam

Quid per lectulos.

illi

illi dixit Dominus vis sanus fieri? surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Vos itaque Christicolæ vigilate, quia nescitis diem, neque horam, quia filius hominis, qua hora non putatis veniet, & illi beati, quos inuenerit vigilantes. Hæc satis.

Ales Diei nuntius.

De his, quæ Christus exigit à nobis.

IN gratiam dictorum, in animum induxi meũ, pertractare hodie de his, quæ Christus Dominus noster exigit à nobis, quibus (vt vos nõ latet.) animam, corpus, & diuitias dedit, proptereà suum ab his postulare dicitur effectũ, vt nostræ valde cupidus salutis. Ab anima primò, vt rem aggrediar, quid Christus desideret, audite; Nanque nil aliud, nisi amorem: vnde Luc. x. ait: Diliges Dominum, Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex toto anima tua. Quid verò à corpore, nisi laborem ieiunia, & abstinentiam? Hinc Rom. xij. hæc verba leguntur. Exhibite corpora vestra hostiam viuentem, &c. Quid à diuitijs? certè Eleemosynam, & ideo ipse ait: Ego sto ad ostium, & pulso, videlicet in pauperum persona, iuxta illud Saluatoris dictum, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, &c. Surgamus ergo à vitiorũ somno, à prauis cogitationibus, à fornicationibus, ebrietatibus, & ab auaritia, inuidia, & similibus malis, quia cæci more illuminati, amoreq; pleni, spei, & gratia

Luc. 4.

Rom. 12

gratia Dei, tunc beati. ò fortunati illi, qui surgunt velocius per confessionem, & contritionem à peccatis, & dum lux mundi apparet flagrant illuminari, nec non dum aures tenet apertas, anhelant audiri. Eia Nobilissimi Auditores, certatim omnes, cordis nostri oculos aperiamus, tendamusq́ ad syloe aquas, ambabusq; manibus, hoc est dolore de commissis erroribus, & spe Diuinæ misericordiæ, nos abluamus in aqua consolationis. Sacerdotes in primis, ab irregularitatibus; Nobiles à superbia; Discipuli à vanis scientijs; Populi à deceptionibus; Doctores à fabulosis studijs; Domini temporales ab iniurijs; Senes à consilijs malis; Viduæ ab incontinentijs; Subditi à vitijs diuersis; Pauperes ab impatientia; Diuites ad impietate; Coniungati à libidine; Ciues à malitia; Mercatores à mendacijs; Religiosi ab indeuotione; Denique totus mundus à tenebris, qui in maligno, est positus; Nam hic odium, hic Bellum, hic insecutio, hic incontinentia, hic blasphemiæ, hic stupra, hic fornicationis, hic adulteria, & similia, ita vt fronte aperta, audeam fateri in nobis nil boni inueniri; Nam pedes, sunt veloces ad effundendũ sanguinem; Manus plenæ sunt sanguine; Omne caput languidum, Venter insatiabilis: Vnde dicitur, quorum Deus venter est; Oculi, sunt sine timore Dei; ideo dicitur, non est timor Dei ante oculos eorum; Nares, sunt sine odoratu; Vnde dicitur: Nares habent, & non odorabunt; Aures, sunt incircuncisæ; Venenum aspidum sub labijs eorum; Quò ad intellectum, animalis homo non percipit, quæ Dei sunt; Voluntas, prona est ad malum; In ore non est veritas; Vana sunt opera hominum; Finis tandem puluis est. Surgamus itaque dum tempus habemus à vitijs, & bonum operemur, quia sic à Deo cor illuminabitur nostrum. Amen.

Quid per manus.

Quod in nobis nil boni.

Psalm.

Telluris

Telluris ingens Conditor.



IRCA præsentem hymnum versaturus, ne videar velle à mea consuetudine recedere, huius materiã primò tangam; Insuper aduersus explicandos, accedam; Quò ad primum, hymni materia, est Deũ precari, vt fecit cælum, & terram, & aquam superiorem ab inferiori diuisit, ita dignari velit, nos à maligno inimico separare. Deinde, vt Deus terram dedit immobilem, stabilem, ac firmam secundum totum licet oppositum contingat secundum partem, ita sibi innata misericordia, nobis succurrere velit, mentem firmam, ac stabilem ad bonum faciendum opus, largiendo, vt hic dicitur. Telluris ingens Conditor, &c. idest, ò totius mundi factor ingens, idest diuidens, siue qui solus mundum diuisisti, siue formationem huius mundi, videlicet superiores aquas ab inferioribus, terramq; vt paulo ante dixi, immobilem dedisti, pulsis aquæ molestijs, quia multum prius erant molestæ, nec non multum cõfusæ, vt germen aptum proferẽs, idest, vt terra fructum bonum hominibus, tempore suo daret, vt fæcunda, & abundans fructu acceptabilis; Deinde vt ipsa terra decora, idest pulchra, floribus, idest rubeis, & albis, quæ pro & ipsa terra gratum redderet pastum, idest cibum, non solum hominibus, sed etiam creaturis alijs, idcirco ò Conditor mentis perustæ vulnera, mũda vigore tuæ gratiæ, hoc est Spiritus sancti virtute, vt facta nostra diluat, siue peccata nostra mundet, fletu cum lachrymis, cum potissimum planctu cordis, specialiter plorare debeamus: Motusq; prauos quæso atterat, hoc

Materia hymni.
Dub.
Sol.

est

est Conditor ipse malos auertat motus, idest prauos modos operationum nostrarum, iussisq; tuis obtemperet, mens vt puta nostra, tui Sancti spiritus gratia, illuminata, hoc est præceptis, siue mandatis obediat tuis, nec vllis ob id malis approximet, siue ad opera mala patranda: At bonis repleri gaudeat, iam bonis operibus plena, & ita mortis actum nesciat, hoc est mens ipsa mortale interim peccatum nō cognoscat. Si Domini, laborantes, aliquando, relaxationis aliquantulum non haberent, profectò sub onere deficerent; Nam nimia arcus contractio ipsum frangit, & ideo Sancta Mater Eccl. in hymnis Vespertinis, suorum oculos fidelium, vt oblectet, semper aliquid diuini operis noui canit, vt hic, dicens. Telluris ingens Conditor. Mundi solū, qui Eruens, pulsis aquæ molestijs, terram dedisti immobilem, &c. *Quibus* apertè verbis habetur, quòd Deus totius orbis, est Conditor, elementiq; terræ, qui eruens, siue exuens, & spolians, nec non mundi solum, idest terram ipsam detegens, siue ex aquis exuens, eo quia prius aquæ vt tegumentum, ac cooperimentum, se habebant. At dicetis, Cur Deus terram produxit? Respon-

Dub.
Sol.

detur ad hoc per subsequentia verba hæc, vt scilicet germen aptum esset proferens, cùm prius arida foret; ò Iesu ergo Amor dulcissime; ò Dei bonitas infinita, quibus te laudibus efferam? Tu enim in montibus fenum producis, & herbam seruituti hominum; Tu das iumentis, & pullis coruorum escam in tempore opportuno; Tu imples omne animal benedictione, eo quia omnia tua implentur bonitate; Tu omni carni, das escam; Tu animam meam de interitu redemisti; Tu vt verus Medicus, omnes sanas infirmitates. Quid propterea, tibi retribuam pro omnibus, quæ ad bonum opus fructificandum tribuisti nobis? Certè nil aliud, nisi hoc, calicem enim salutaris

ris

ris accipiam, & nomen Domini inuocabo ad vitam æternam. Amen.

Telluris ingens Conditor.
De Cæli significatis.


D vberiorem Doctrinam eorum, quæ in prædeclarato hymno tacta fuere, tria in præsenti faciemus; Nã primò de Cæli significatis agemus; Insuper de terra; Demum de aqua. Quò ad primum, sciatis velim, in Diuinis oraculis tripliciter capi Cęlum; Primò propriè vt contra elementa distinguitur, videlicet pro luminoso corpore, actu, vel potẽtia, per naturam elementarem regionem, circundante. Secundò capitur impropriè, vt per participationem dicitur proprietatis corporis cælestis, idest pro leui corpore, & sublimi diaphano, & luminoso actu, vel potentia, quo modo aerem, & ignem includit, vt ibi, benedicite volucres cæli Domino in puerorum hymno. Tertiò capitur Metaphoricè, quo modo benedicta trinitas cælum nuncupatur propter eius spiritualitatem, subtilitatem, lucem, & summã perfectionis altitudinem. Adhuc sciatis velim, multiplex esse cælum, aereum videlicet, æthereum, olympium, igneum, stellatum, chrystallinum, atq; empyreum. Cælum aereum, regio est aeris inferior; Cælum æthereum, aeris regio superior, quæ mouetur ad primi mobilis motũ, ideo dicitur æthereum, quasi semper currens; Cælũ olympium, inferior ignis regio dicitur ab altitudine cuiusdam montis, qui olympius dicitur; Cælum verò stellatum, illud aggregatum ex septem spheris pla-

Tripl. cælum.

Psalm.

Cælum multipl.

netarum, & firmamento; Cælum cryſtallinum, eſt mobile primum; Cælum empyreum, eſt locus beatorum, & igneũ appellatur, non à calore, ſed à ſplendore, quod Angelis, & beatis repletum eſt ſemper, & ornatum quantum ad ſuffitiẽtiam, congruitatemque cæli ornatus: Dico autem ad ſuffitientiam, videlicet quò ad numerum præordinatorũ à Deo. Nunc

Terra ſignificata. de terra verba faciamus ita dicentes: in ſcriptura, quòd nomine terræ, corporalium materia intelligi-

S. Bonauent. tur; Inſuper, vt ſcribit S. Bonauent. lib. 11. terra accipi ſolet pro elemento, ſiue materia informi, iuxta illud: In principio Domine terram fundaſti, hoc eſt informem materiam, feciſti, quaſi formarũ omnium fundamentum. Si verò nomine terræ, elementum terræ intelligatur, tunc verum eſt, quòd terra dicitur fundata propter ſui ſtabilitatem, nec mirum, *fundamentum* enim domus, vt infimum inter omnes partes dicitur, & ſtatuitur, ita terra ſe habet inter omnia mundi corpora, & ideò rectè dicebatur, telluris in-

Aqua ſignificata. gens conditor. Deniq; de aqua tractandum, cuius ſignificata, plura vt adnotat Plebartus lib. 2. Roſarij Theologiæ; Nam ſignificat primò Spiritũ ſanctum,

Io. 17. vt Ioa. 17. habetur. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Secundò, ſignificat diui-

Eccl. 15. norum Scientiam Eccl. 15. Aqua Sapientiæ potabit illum Dominus. Tertiò, doctrinam hæreticam: Pro-

Prou. 19. uerb. 19. Aquæ furtiuæ, dulciores ſunt, ideſt peruer-

Pſal. 68. ſa doctrina; Quartò, tribulationes; Pſal. 68. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę vſq; ad ani

Apoc. 17. mam meam; Quintò populum multum; Apocal. 17. Aquæ multæ Populi multi, & gentes; Sextò, iuſtos,

Pſal. 28. vnde Pſal. 28. Vox Domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit; Septimò, chorum ſignificat Angelo-

Pſalm. 148. rum; Vnde Pſal. 148. Aquæ, quæ ſuper cælos ſunt,

D. Aug. laudent nomen Domini; Octauo ſecundũ D. Aug. lib. 9.

lib.9.super Gen. aqua totam significat materiam cōfusam elementorum corporalem. Secundum verò Gabrielem lib.2. d. 14. habet sumi, pro materia rerum informi, ibi spiritus Domini super aquas; Nam vbi dicitur, In principio creauit Deus, Cælū, & terram, illa nomina, Cælum, terra, abyssus, aqua pro eodem accipi solent, hoc est pro materia informi, postea per specificas distinguenda, formas. Aquæ verò quæ super Cælos sunt, nomine aquæ nuncupātur ob proprietatem, quam cum elementari habent, videlicet, perspicuitatem, frigiditatem, & grauitatem; Hæc intantum.

Rerum Creator optime.



VAM Caliginosa, quam tenebrosa quāuè calamitosa, sit illa vita (Nobilissimi Auditores) in qua homines in tenebris, ac peccatorum cæcitate ambulant, & permanent, ingenio præditis, do vobis iudicandum; Nam in statu tali, parum, aut nihil Deus cognoscitur, nec non cultus eius siue Religio colitur; Ne igitur simus eorum immemores, quæ pro nostra salute Christus fecit, ipsum hodierna die inuocabimus, vt peccatis, velit parcere nostris, & hæc de huius hymni materia, paucis; Nunc singuli versus illustrandi, dilucidandiuè in hunc modū. Rerum Creator optime, quod est dictu. ò rerum omnium Creator optime, siue conditor, nosterq; rector, quæso respice, ideſt libera nos à noxia, hoc est à Diaboli tentatione nociua, quiete scilicet potissimū noctis, quia homo dum in nocte, quiete manet tentari solet, ideo liberari cupiens, ita fari debet, & libera nos miseros, *Hymni materia.* *Dei respicere qd.*

Idest nos sopore mersos. qui scilicet cecidimus, idcirco miseri sumus, libera (inquam) sopore, idest carnali delectatione. Nobilissimi Auditores, volentes vos à noxia, siue à rebus noxijs, quæ carnem oblectant, sed animæ obsunt, liberari, & extrahi, ita dicendum; Te sancte Christe poscimus, idest precamur, atq; rogamus, vt parcas nostris criminibus, siue ignoscas, ecce enim ad confitendum surgimus, quod est dictu: Si pietate tua, nobis dimiseris peccata, tunc de virtute in virtutem ad confitendum, atq; laudandum sanctum nomen tuũ libentissimè ante lucem, surgemus, & ita moras noctis, siue Diaboli impedimenta ad benefatiendum retrahẽtia, ac impedientia, ex corde rumpemus, mẽtesq; nec non manus tollentes, idest cogitationes nostras eleuabimus, deinde manus, hoc est bonas operationes, sicut nouimus, per Prophetam ita dicentẽ: *Quid per manus.* Media nocte surgebam ad Confitendum tibi: Quod idem Rom. xiij. Apostolus his habet verbis, dicens: *Rom. 13.* Iam nos de somno surgere; Nec mirum, quia vir iste de nocte laborabat, & in die prædicabat, & ideo gestis suis, idest factis, quid nobis agendum, patet. Deus etenim cordium scrutator, videt malum, quod fecimus; propterea occulta nostra, idest peccata, per Confessionem pandere, siue manifestare, debemus, gementes, idest supplicantes, nec non suspiria emittẽtes, & dicentes: Dimitte Domine Deus, quod, idest illam rem, propter quam peccauimus. Tu enim vulnerum nostrorum, es medela, fac itaq; vt festines nos ad te conuertere, ne de die in Diẽ differamus. Vt nanque Susanam eruisti de falso crimine; Danielem de Leonum lacu; Tres pueros de camino ignis ardentis, non secus, dignari debes, animam nostram peccatis vulneratam, sanare. Sana me ergo Domine, & sanabor, quoniam salus mea tu es; Nam optimè nosti, quòd sumus delicta nostra parati,

ti, confiteri, & ignorantias nostras, vt vinculis, quibus hactenus ligati fuimus, solutis, ad te verum fontem gratiarum valeamus peruenire. Amen.


Rerum Creator optime.
De significatis tentare.



ON magno verborum apparatu, sum hodie de quinque acturus; Primò de significatis tentare; Vnde tẽtare dicatur, aperiam, secũdo; Quid tentatio, tertio; Discrimen inter tentari, & in tẽtationẽ induci, quarto; Nũ denique, homo tentari debeat appetere. Quantũ attinet ad primum: Tentare vocabulũ, multas habet acceptiones; Nam primò tentare, est probare, siue experimentum de aliquo summere, vt aliquid sciatur. Ab alijs tentare, nil aliud est quam experiri; Vbi sciendum, quòd Deo, homini, & Diabolo (sed ratione diuersa) competit; Deus nanque, tentat, vt erudiat; Homo, vt sciat; Diabolus verò vt seducat. *Tentare significata.* Vnde autem tentare dicatur, audite; Nam secundũ aliquos, dicitur à tendo à quo tentans, tentator, & tentatio, de quibus Lexicon Theologicum pag. 321. *Vnde tẽtare.* Quid verò tentatio sit, hoc his loco verbis detegitur, est enim motus quidam, vel actus natus inclinare ad aliquod illicitum, à tentatione procedens, vt summat experimentũ de bonitate, vel malitia tẽtati. *Lexicon.* Nunc speculandum venit, an tentari, & in tentationem induci differant, secundum D. Bern. Dici ergo habet, quòd quilibet tentatur, quando in anima, aut corpore in alicuius delectatione vitij titillatur; Induci verò in tentationem, nil aliud est, quam suæ delecta- *Quid tẽtari.*

Quid induci in tentationem. lectationi, incipere consentire. Num verò tentatio appetenda, paucis dicam, quia alibi à me determinatū fuit in meis lectionibus super Magistrum sent. Dico ergo, quòd vel est à Deo, vel à Diabolo, vel ab homine, siue à carne. Prima simpliciter appetenda: Deus enim non tentat, nisi ad bonum. *Quæ tentatio appetenda.* Quæ verò tētatio à carne, cum sit sensualitatis impulsus, qui dici solet, & appellari primus motus, secundum D. Bonauen. simpliciter fugienda, eo quia absque peccato non videatur posse esse. Tertia, quæ à Diabolo, est aliquibus fugiēda, & aliquibus appetenda, videlicet illis, qui vt fortes sunt, nec de facili in tentationem induci possunt, tentari appetibile, ad suæ virtutis exercitium, & meriti cumulum; Infirmis verò appetenda minimè, eo quia timore induci possunt in tentationem, hoc est tentationi delectionis suæ consentire, fugienda idcirco, & hæc satis.

Nox, & tenebræ, &c.



CLAMAVIMVS hucusq; ad optimum rerum Creatorem, nostrūq; proprium rectorē, vt à noxia quiete liberaremur, & vt hoc obtinere posſemus, nil prætermittebamus; Nam mentem, manusq; cum fletu ad Cælum tollebamus, infirmitatem nostram confitentes, & quia Dominus timentium se, voluntatem facit, idest eorum deprecationem exaudit, hinc fit, quòd in præsenti, fiducia concepta, Eccl. Sācta nos doceat pro Dei gratia recipienda, his verbis præparare. *Hymni materia.* Nox, & tenebræ, &c. Hic hymni materia, siue res considerata detegitur, dum dicitur, quod est acclamatio, quam tenemur nos facere contra Diabolum,

lum, vt peccata recedant à nobis, quia Christus descendens. ò Nox ergo, ideſt ò Diabole, &c. Arbitror vos ſcire, noctis ſignificata diuerſa ſumi, nanque ſolet pluribus modis, videlicet, pro ira aliquando: Pro tentatione ſecundò; Pro obſcuritate, tertio; Demum pro Diabolo vt hic dum dicitur, nox, &c. non ſolum nox Diabolus dictus, ſed etiam tenebræ, & nubila. ò Nox ergo. i. Diabole, & tenebræ. i. ò peccata, & ò Nubila, ideſt, ò Diſcordię, & ò confuſa. i. permixta, ò turbida mundi. i. turbationes mundi, diſcedite à nobis, ac recedite, quia, Chriſtus vt lux fidelium intrat mentes. Polus verò ideſt corpus noſtrũ, bonis albeſcit operibus, quia ad nos venit Chriſtus, ergo diſcedite. Vt nox Diem fugit. Columba Accipitrem; Puer ſerpentem; iniuſtus, iuſtitiam, ita Diabolus, fugit, ac timet Chriſtum; Diſcedite propterea, quia caligo terræ ſcinditur, hoc eſt cordis noſtri obſcuritas diuiditur, percuſſa ſolis ſcilicet Chriſti ſpiculo. Vt enim ſol quando oritur, radio ſuo, terræ obſcuritatem reijcit, talemq; obſcuritatem anihilat, ita anima noſtra, quæ prius per peccatum erat obſcura, dum per contritionem, ac confeſsionem percutitur, ſiue feritur, Dei tunc temporis gratia illuſtratur, & ita omnis iniquitas ab ipſa tollitur, & ita rebus, iam calor redit, ideſt Sancti ſpiritus, animabus noſtris; Nec mirum, quia frigidæ res, rationes obſcuritatis, vt ſunt, non ſecus animæ peccatrices, ratione peccati, obſcuræ dicuntur. Verùm Spiritus ſancti Calore ſuperueniente, ſtatim. i. ſine mora illuminātur, ideo ſubditur: vultu nitentis ſideris. i. Sancti Spiritus ſplendore, te Chriſte ſolùm nouimus Redemptorem, illuminatorem, & non alium. Te pura mente quoque, & ſimplici. i. abſque malitia, & ſine hypocriſi, quæſumus, ac rogamus te, noſtra peccata flendo, & te canendo, ſiuè laudando intende. i. prę be,

Noctis ſignificata.

Quid per noctem.

Collatio.

be, vel dona sensibus nostris cognitionem, idest intentionibus nostris; Sunt nanque multa fucis illita.i. coloribus nigris, siue tincta falsis. Vnde fucus idest, color falsus, denigrat, & mixtus inter colores alios, ipsos vt offuscat,& obtenebrat, non secus, si quis virtute præditus, peccaret, alias virtutes omnes obtenebraret. Quare luce purgentur tua,ex quo sunt nostra illita, siue obscura omnia eoi sideris.i. ò Christe, qui lux eoi sideris .i. orientalis Patris, vultu sereno, hoc est Spiritus sancti charitate illumina; Nam hic, idest in hoc mundo, multa vides fucis illita.i. tincta. Hic nanque,sunt honores, dignitates, & opes, quæ valde nos oblectant vt bona apparenter, sed nec beant, nec sitim excutiunt, at tantum sub specie boni, nos pascunt. Tu ergo, qui es lux eoi sideris, *& illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum*, tuo nos vultu sereno, & aspectu, siue Spiritus sancti claritate illumina, vt caligo terræ, idest omnis vapor tenebrosus, terræque omnis obscuritas,& nebula,tui solis radio illustret, ac radiet,vt per te(proiectis peccatis)viuere possimus fælices. Amen.

Nox,& tenebrę.
Quòd lachrymæ necessariæ.



VT homo commodè, se valeat ad Deum præparare, hodierna die, quid lachryma, sit manifestabo primò; Deinde,quàm lachrymæ, sint ad salutem necessariæ,docebo. Quò ad primum,lachryma,nil aliud est, quam humor ex oculis flentium emanans. Vnde flere, est lachrymas fundere; At dicetis vnicā ne habeat

Quid lachryma.

Dub.

beat

bent caussam? Respondetur, quòd non, sed plures; Nam quandoque ex tristitia causari dicuntur, quandoque ex affectus teneritate, aut ex deuotione, quo vltimo modo lachrymarum abundantia, malas tentationes, cogitationes, & animæ maculam efficaciter abluunt, purgant, & extinguunt, si tamen ratio non desit, ita vt caput, sensus, & ratio non lædantur, & firma spes de Dei misericordia, non absit. Fælices sunt lachrymę (ait D. Bern.) quas benignæ manus conditoris abstergunt; Beati oculi, qui in talibus liquefieri, elegerunt, quam in superbiam eleuari; Nā fletus, animarum, est cibus, corroboratio sensuum, absolutio peccatorum, refectio mentium, & lauacrū culparum. Vt post imbres vehementes, mundus, aerque purus efficitur, ita post lachrymarum pluuias, mentis serenitas, ac tranquillitas, sequitur. Verùm dicet quis, num ad salutem lachrymæ, necessariæ? Mihi quòd sic apparet; Nam vt peccator, contra fornicationis peccatum, & carnis concupiscentiam, pro remedio ieiunium habere debet, & contra superbiam, humilitatem, ita contra oculorū concupiscentiam, lachrymas habere debet. Vnde Hier. ix. Deducant oculi mei lachrymas, vt palpebræ meæ defluant aquis. Dauid quoque fleuisse dicitur iuxta illud Psal. 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Magna equidem lachrymarum est virtus, quia Christus à nobis per peccatum vt recedit, ita per lachrymas, gratia tamen sua, ad nos reuertitur, vti dixit Dominus per suum Prophetam Ioel. Conuertimini ad me, &c. & fletu, &c. Quid inde? Moyses nonne lachrymis populo suo salutem impetrauit? Iudith Holoferno caput amputauit? Zarra ab improperio liberata; Maria Magdalena consolata fuit, & filij Israel sæpe victoriam de suis obtinuere inimicis, lachrymæ igitur ad salutem vt auditis, valde Necessariæ. Hæc satis.

Dub. *Sol.* *Hiere.* 9. *Iohel.* 2.

Cæli Deus sanctisime.



ERSATVRVS circa hymnum præsentem, huius materiam paucis detegam Primò; Insuper ad versuum explanationem accedã. Quo ad primum, hymni materia, dicitur esse opus diuinum quartum, quod Deus fecit, qui cælum primum, & terram fecisse dictus, in die verò quarto, solem, & lunam. O' Deus ergo ait Eccl. Sanctissime, qui lucidum centrum Poli, idest spacium, vel cæli punctum, siue Zodiacum, per quem signa discurrunt, & cælum candore igneo, siue splẽdore pingis, augens decoro lumine, vt vnum, & idem sit cum stellarũ pictura, quarto die, qui flammam solis rotam constituens, hoc est, tu qui solis rotam constituis, die quarto, mundus nanque stetisse dicitur absq; sole per Dies quatuor, quia prima Die, facta est lux, idest Angelica natura, secundum D. August. super Genes. In Principio creauit Deus cælum, & terram; In Die secundo, cælum, & aerem; In tertiò, terram, & aquam; In quarto, solem, & lunam; In Quinto Pisces, & Aues; In sexto, Animalia, & homines, & ideo tu es ministrans lunæ ordinem, vagosque cursus siderum, siue stellarum, quia semper stellæ recurrere non dicuntur, siue Planetæ cursu eodẽ, quoniam mense omni, suum mutant cursum, & idcirco dicitur, vagos recursus, & hoc vt noctibus, vel lumini direptionis terminum, idest daret terminum lunę direptionis, idest, separationis, Dieiq; terminum, siue luci. Vel sic, vt daret signum primordijs notissimum, idest Principijs mensium, quia mensis quandoq; 30. Dies habet, vel plus, vel minus, vt per lunam

Hymni materia.


Quid per lucem.

Aurea speculatio.

nam cognoscitur. Quoniam ergo tu hæc omnia fecisti cæli Deus sanctissime, illumina cor hominum, & absterge, siue dele sordes, idest peccata mentium, hoc est cordium, resolueq; culpæ vinculum, molesque euerte criminum, idest magnitudines criminũ, siue Peccatorum. At dicetis, cum superius mentio sit facta de centro Poli, quid per hoc intelligendum? *Dub.* Mysticè loquendo, corda Apostolorum, quę in Eccl. *Sol.* tanquam Poli, ipsam sustinentes: fulgent, & signa sunt, congregationis fidelium, & quia in toto orbe Ecclesiarum Primordia, sunt orta. In omnem enim terram exiuit sonus eorum. Rogandus itaque Deus, qui vt lucem fecit Primò in mundo, ita cor hominum illuminet; Secundò, aquas diuisit, & ita arida apparuit, non secus dignetur facere, vt mens nostra abstersis sordibus lucida appareat; Insuper, vt Die tertia, terram fertilem produxit, ad herbam, fructus, & semina, ita det nobis ad fructus pænitentiæ agendos, idoneum tempus. Demum luminaria magna, puta solem, & lunam, vt fecit in potestatem Diei, lumen verò in potestatem noctis, ita concedat nobis emergere ex magna congerie, siue criminum mole, quia sic à criminibus, culparumque maculis emundati, ipsi Deo honorem debitum reddemus. Amen.



Cæli Deus sanctissime. De orbium Distinctione.



EX quo in superiori, diximus Deum Cæli conditorem, nunc propterea loquendum de orbium distinctione, tam Cęlestium, quam elemẽtorũ. Rem ergo vt aggrediamur, sciatis velim, quòd corporalis mundi machina, in duobus cõsistit, scilicet, ĩ cælesti natura, & elementari. Cælestis in tres Cælos Principales distinguitur, de quibus superius, vt puta in Cęlũ *Chrystallinum*, in Empyreum, & firmamentum. Intra verò firmamentum, quòd est Cælum stellatum, septẽ orbes continẽtur planetarum, qui sunt: Saturnus: Iupiter: Mars: Sol: Venus: Mercurius, & Luna. Natura verò istorum orbium, est quod omnes moueantur, excepto Empyreo, quod sub quiete, est; His addenda venit natura Elementaris, quæ in quatuor distingui habet Principales spheras, videlicet in spheram ignis, aeris, terræ, & aquę. Ignis sphera interstitia tria habet, supremum scilicet, quod ignẽũ vocatur; Medium, & infimum. Aer quoq; tria habet interstitia, videlicet supremum, quod dicitur æthereum, medium, ac infimum, quòd dicitur aereum, & in supremo, est calor, & lux propter Solis propinquitatẽ. Similiter, est in infimo, videlicet, propter radiorũ repercussionẽ à terra. In medio verò interstitio, ad quod non potest radiorũ pertingere repercussio, est frigiditas, & obscuritas, & ibi Dæmones habitare dicuntur, eo quia in hunc caliginosum aerem detrusi; Ibi etiam tempestates, tonitrua grando, niues, & similia fiunt.

Tangitur hic orbium distinctio.

Orbium natura.

Natura elementaris distinctio.

Vbi grando fiat.

De

De horum autem Cælorum, superiorum, corporum natura, quid dicturus, audite; Nam primò Cælum, corpus purum est, & natura simplicissimum, essentia subtilissimum, incorruptibilitate solidissimum, quãtitate Maximum, qualitate lucidum, Diaphaneitate perspicuum, materia purissimum, figura sphericum, situ locali supremum, amplitudine creaturarum aliarum in se contentiuum. Nunc agendum de Corporibus Cælestibus, quæ diuidi dicuntur in lucentia, & non lucẽtia, ac Diaphana. Corpus lucens, vt Sol, qui inter sidera solus lucet. Nõ lucentia verò cæteræ stellę, & Planetæ, quę lumen suũ mutuãt à Sole. Diaphana deinde corpora, sunt omnes sphęræ Cælestes, quę cum mouentur, locum mutare minimè dicuntur, sed bene in suis moueri locis. Superiora verò influunt in inferiora, virtutem motiuam, vegetatiuam, sensitiuã, omniumq; generabilium productiuam. Et licet qualitatibus elementaribus careant, eo quia, nec calida, nec frigida, vel humida formaliter sint, virtualiter tamen hæc omnia dicẽda. Verùm quęretis: Nũ super liberum nostrũ arbitrium hæc influunt? Ad hoc paucis dico, quòd non, cogendo, sed tantum inclinando, veluti immutare, ac disponere aliquando hominis complexionem secundum Medicos dicuntur. Cæli ergo Deus Sanctissime, vt in Principio prædeclarati hymni, dictum fuit, & bene.

Diuisio corporalium.

Dub.

Sol.

Nox atra rerum, &c.



IVXTA Isaiæ dictũ capite quinquagesimo quinto, cum Deus quęrendus, dum inueniri potest, idcirco in hymno præsenti, intendo vos adhortari ad abijcienda opera tenebrarum, & quærere Deum. Verùm id commodè vt fiat, rogandus primò venit à nobis,

Isaiæ lv.

Hymni materia. bis, mentis caliginem, & corporis, vt expellat, & ita hymni materia, his paucis patet. Nunc singuli versus dilucidandi, & primò sic: Nox atra, siue obscura contegit, idest vt terræ omnium colores cooperit, ita mentis nostræ obscuritas, dum per peccatum, est nobiscum, bonas operationes nostras contegere dicitur. Verùm ne in tali obscuritate maneamus, quæso ita dicamus. ò Iudex Christe, idest, qui iustus iudex cordium, te poscimus, nostra tibi peccata confitentes, & quærimus, vt gratia tua, & misericordia, auferas piacula, siue sordes, mentisque maculas, hoc est grauia nostra peccata; Nam nox atra, idest nostrorū peccatorum obscuritas, nec non peccata ipsa, omnium nostrorum mentes obtenebrauerunt, qui de terra sumus plasmati. At quid in tanta supradictorum *Instan.* rerum confusione faciendum? Nil aliud certè, nisi *Sol.* hoc, quod Eccl. docet dicens: Nos confitentes poscimus, te iuste Iudex cordium, vt potius attendas, quod cor nostrum concupiscit, quam id quod sensus facit: concupiscit namq; desiderare omni tempore Domini iustificationes, licet carne grauetur, corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam, sensumq; deprimit, multa cogitantem. Tu ergo Domine scrutator cordium, mentis nostrę sordes, crimina & flagitia, quæ piacula dicuntur, absolue quæso .i. ablue, donaque nobis Spiritus Sancti gratiam, vt male mentis cogitationes nostræ, & crimina nostra arceantur, siue atterantur à nobisq; expellantur; Nā vt optimè nosti, mens ecce torpet impia .i. peccatrix pigrescit, quam culpa mordeat noxia, idest tu vides quantum mala noxia, idest culpa mordeat, quia animam mortificat, vnde à mordeo, des venit, deinde mors, quæ in nobis per peccatum, siue per culpam causatur, quæ culpa postea, vt spina pungit, peccatoremque mordet, & ad mortem ducit, nisi tamen

præ-

præueniat bona compunctio, hoc est perfecta contritio, & sequatur confessio, quibus iuremerito dici poterit: obscura gestit tollere, & te Redemptor quærere, ideſt ò Redemptor, mens nostra cupit à se expellere obscura peccata, teq; quærere gestit. Verùm quo modo mens id tantopere desiderans nostra, asse qui poterit sine tuo diuino lumine? Repelle ergo tu Christe benignissime, & omnium Redemptor intrinsecus caliginem.i.animæ cæcitatem, vt tandem gaudeat, se in æterna beatitudine collocari. ò illi fælices, qui hisce diebus conscientiam mundam habēt à peccatorum caligine, curantq; habere, quia sanati à vitiorum plagis per veram pænitentiam, vitam cōsequentur æternam, siue lumen beatum. Vnde hic subditur, vt in beato gaudeat, se collocari lumine .i. in Cælesti beatitudine. Amen.

Nox atra rerum, &c.

De modo à nobis expellendi noctem, & quærendi Christum.

INCREDIBILI admiratione motus Vates ex ardentis Dei amoris erga hominem consideratione, ita dixit: Quid est homo; quòd memor es eius? Adam ad Dei imaginem, & similitudinē, hoc amore creatus est; Ignem de Cælo traxit Abel; Arcam pro salute humani generis Noe fabricauit; Vim ignis Abraam à Caldeis eijecit; Cælum Dei domum, esse Iacob intelle-

tellexit; Moyses à manibus Faraonis seruatus fuit; totq; miracula fecit; Victoriam contra inimicos Iosue obtinuit; Dauid spiritu mirabili prophetauit; In Cælum Elias per carrum igneum ductus fuit; Virgo Maria, Dei Mater esse meruit; Insuper, hoc eodē amore pauperes Piscatores Christi vtriusque Ecclesiæ Principatum obtinuere; De persecutore, Paulus fidei confessor, & vas electionis, est factus, qui prius erat Saulus. Post Martyrium in Cælis Stephanus, est coronatus; Denique Sancti omnes, ad paradisi gloriam amore, & bonis operibus, sunt eleuati. Cur ergo ò anima fidelis, his allecta exemplis, conditorē, tuumq; factorem, vt debes, non diligis sicut te dilexit? Num forte fortuna credis, ò homo fieri, salus, eo quia sis baptizatus? frustra certè, hoc tuū est *credere*, nisi serues, quod à te Deus exigit, videlicet *Sancti* Euangelij obedientiam, à qua dum homo recedit, in nocte atra proculdubio existit. Tunc sine pace, sine charitate, ac fide formata, & extra omnem Christianam veritatem. Væ illis propterea, tot malis plenis; Væ illis per quos scandalum venit. Elaboremus itaque omnes ad id seruandum, quod Deo polliciti sumus in baptismo, ne nox atra submergat nos, omnēque colorem auferat à nobis, quod de facili eueniet, nisi erga Deum amor noster reciprocus fuerit. Hac propterea via, Deus à nobis quærendus, amore scilicet, & obedientia, quam Euangelio eius dare debemus. Amen.



Lux ecce surgit aurea.



YMNVM præsentem hodierna die expositurus, huius materiam primò declarabo; Deinde singulos versus illustrabo. Quantum attinet ad primum, hymni res considerata, hæc est, quòd Christus veniens in mundũ, cecitatem huius fugauit, vt est videre in primis hymni huius verbis sic. Lux ecce surgit aurea; idest Christus in corda veniens nostra, tunc pallens fatiscat cæcitas nostra, quod est dictu, nostra obscuritas, peccati calorem amittit, & ita Diabolus euanescit, ob Christi lucem superuenientem. Quæ cæcitas (vt intuenti patet) traxit, siue nosmet in præceps, idest in perditionem duxit, hoc est multum, vel valde, errore deuio. Verùm vt lux humanitus loquẽdo, mundum hunc dum surgit, illuminare dicitur; non secus lux nostra Christus, serenum conferat nobis, hoc est Spiritus Sancti claritatem, & hoc vt puros, nos corde, & corpore, sibi donet. Quod vt fiat Auditores Nobilissimi, nil quæso subdolum loquamur, siue deceptiuum, voluamusq; obscurum nihil, idest peccatum nullum cogitemus, sed tota sic decurrat dies, idest vita nostra permaneat, vt lingua nostra non sit mendax, siue mendacium dicat, ac proferat, nec manus tangat, quæ non tangenda, at bene pectus, dolendo de peccatis, percutiant; Nec oculi peccent lubrici, idest fiant luxuriosi, animabus, quę sunt contraria committentes; Nec noxa corpus inquinet, idest animam maculet culpa nostram; Nanque speculator astat desuper, hoc est Deus inspector de cælo quotidie nos, nostraq; facta omnia, respicit, à luce

Materia hymni.

Quid per lucem.


Quid per Diem.

prima in Vesperum, ideſt à natiuitate ad mortem vſque. Hactenus ergo auroræ exortum audiuiſtis, per methaforam ad gratiæ aduentum applicatum, in animas noſtras, poſt peccati tenebras. Dum enim lux aurea, hoc eſt diuina gratia ad nos egreditur, vel Euãgelica prædicatio in corda noſtra exit, tunc proculdubio peccatorum noſtrorum omnis cæcitas, quæ prius errore deuio nos in ruinam duxerat, recedit, & hoc eſt quod canimus ita dicentes: Pallens fatiſcat cæcitas, hoc eſt nunc largè aperiatur, ne ſcilicet in nobis delectatio, atque peccatum naſci, aut perfici incipiat, ſed ſic tota decurrat Dies, ne lingua mendax, nec manus, vt paulo ante diximus, oculi nec peccent lubrici, nec noxa corpus inquinet. Hic de Die, quia mentio facta, idcirco nomine Diei, tota vita noſtra præſens inſinuatur, vt & in Euangelio D. Ioann. 9. Dominus noſter ait. Me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec Dies eſt: venit nox quando nemo poteſt operari. Inſuper, de noxa facta fuit mentio, ideo ſcire debitis, quòd quandoque ſignificat, peccatum, aliquando delictum, & quandoque pœnam, hic verò ſumitur pro culpa. Non ergo peccemus, quoniam de Cælo omnium ſpeculator, nos proſpicit, actuſq; noſtros videt, & conſiderat à natiuitate Diei vſque ad vitæ noſtræ finem. Vnde Dauid dicere conſueuit, Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum. Hæc in tantum.

Quid per Diem.

Io. 9.

Noxa ſignificata.



Lux

Lux ecce surgit. Christus in mundum ad quid venerit.



AD vberiorem Doctrinam eorum, quæ tacta sunt in prædeclarato hymno hodierna die vos edocebo, cur Christus in mūdum venisse, dictus; Vt intuenti.n.patet,
1 Primò venisse dicitur videlicet pro hominis salute, & vt seruiret, ministraretq;. Vnde legitur, quòd filius hominis, non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis;
2 Venit secundò, vt se ipsum daret in hostiam, & holocaustum in odorem suauitatis;
3 Venit tertiò, separare malum à bono;
4 Venit quartò, separare iniquitatem à cordibus nostris, charitatemq; infundere. Vnde ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat?
5 Venit quintò, vt à Diabolo potestatem auferret, iuxta illud Euang. Nunc Princeps mundi eijcietur foras;
6 Venit sextò, vt à legis onere, liberaret iuxta illud Euang. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.
7 Venit septimò, vt filios dispersos in vnum congregaret, iuxta illud Euang. alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus Pastor;
8 Venit octauò, vt nos à tenebrarum potestate re-

prima in Vesperum, ideſt à natiuitate ad mortem vſque. Hactenus ergo auroræ exortum audiuiſtis, per methaforam ad gratiæ aduentum applicatum, in animas noſtras, poſt peccati tenebras. Dum enim lux aurea, hoc eſt diuina gratia ad nos egreditur, vel Euãgelica prædicatio in corda noſtra exit, tunc proculdubio peccatorum noſtrorum omnis cæcitas, quæ prius errore deuio nos in ruinam duxerat, recedit, & hoc eſt quod canimus ita dicentes: Pallens fatiſcat cæcitas, hoc eſt nunc largè aperiatur, ne ſcilicet in nobis delectatio, atque peccatum naſci, aut perfici incipiat, ſed ſic tota decurrat Dies, ne lingua mendax, nec manus, vt paulo ante diximus, oculi nec peccent lubrici, nec noxa corpus inquinet. Hic de Die, quia mentio facta, idcirco nomine Diei, tota vita noſtra præſens inſinuatur, vt & in Euangelio D. Ioann. 9. Dominus noſter ait. Me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec Dies eſt: venit nox quando nemo poteſt operari. Inſuper, de noxa facta fuit mentio, ideo ſcire debitis, quòd quandoque ſignificat, peccatum, aliquando delictum, & quandoque pænam, hic verò ſumitur pro culpa. Non ergo peccemus, quoniam de Cælo omnium ſpeculator, nos proſpicit, actuſq; noſtros videt, & conſiderat à natiuitate Diei vſque ad vitæ noſtræ finem. Vnde Dauid dicere conſueuit, Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum. Hæc in tantum.

Quid per Diem.

Io. 9.

Noxa ſignificata.



Lux

Lux ecce surgit. Christus in mundum ad quid venerit.



D' vberiorem Doctrinam eorum, quæ tacta sunt in prædeclarato hymno hodierna die vos edocebo, cur Christus in mũdum venisse, dictus; Vt intuenti.n.patet,
1 Primò venisse dicitur videlicet pro hominis salute, & vt seruiret, ministraretq; Vnde legitur, quòd filius hominis, non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis;
2 Venit secundò, vt se ipsum daret in hostiam, & holocaustum in odorem suauitatis;
3 Venit tertiò, separare malum à bono;
4 Venit quartò, separare iniquitatem à cordibus nostris, charitatemq; infundere: Vnde ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat?
5 Venit quintò, vt à Diabolo potestatem auferret, iuxta illud Euang. Nunc Princeps mundi eijcietur foras;
6 Venit sextò, vt à legis onere, liberaret iuxta illud Euang. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.
7 Venit septimò, vt filios dispersos in vnum congregaret, iuxta illud Euang. alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus Pastor;
8 Venit octauò, vt nos à tenebrarum potestate re-

pararet, ad Cælumq; transferet;

9 Venit nonò, vt à nobis cor lapideum auferret, & carneum daret;

10 Venit decimò, vt mundo, suam humilitatem, & dulcedinē demonstraret, iuxta illud Euāg. Ecce Rex tuus, venit tibi mãsuetus, sedens super Asinam, &c.

11 Venit vndecimò, vt Patris veram demonstraret imaginem iuxta illud Euāg. Philippe, qui videt me, videt, & Patrem meum;

12 Venit duodecimò, vt filiorum Dei adoptionem reciperemus;

13 Venit tertio decimò, vt Cibus noster verus, & potus noster, iuxta illud Euang. Caro mea verè, est
Io. 6. cibus, & sanguis meus, verè est potus;

14 Venit quarto decimò, vt Magister verus, iuxta illud Euang. Vos vocatis me Magister, & Domine, &c. Quicunque igitur fidelis, qui hanc cognitionē, & intelligentiam de Christo habebit, proculdubio cum Abraam gaudebit: cum Abacuch fruetur, & cū Io. Baptista Christum ostēdet dicendo: Ecce Agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi; Insuper cum Simeone viro iusto, intimo delectationis affectu dicet; Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundū verbum tuū in pace; Deinde, cum Pastoribus à monte descendet, cum Petro retia, & peccata relinquet, super mareq; ambulabit, & dicet, Iube me Domine venire ad te; Cum Magdalena ad Christi pedes veniet, & cum Zacheo vsuram restituet; Cum Apostolo Paulo omne stercus ad Christum acquirendum, reputabit; Cum Thoma dicet: Dominus meus, & Deus meus; Cum Samaritana clamabit: Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, nunquid ipse est, Christus? Cum adultera, nemo me condēnauit; Cum Cananea reiecta; Nam, & catelli edunt de micis, quę cadūt de mensa diuitis; Cum latrone,

alta

alta voce clamabit. Memento mei Domine, dum ve neris in Regnum tuum; Cum Dauide tandem: Benedictus, qui venit in nomine Domini, & hæc pro præsenti.

Magnæ Deus Potentiæ.

DEI opera, vt Vates noster cantare, ac psallere consueuit, ita occasionẽ nacti ex verbis hymni præsentis, ipsi quoq; laudis sacrifitium his, nos verbis offeremus, dicentes. Magnæ Deus Potentiæ &c. Vt vos non latet, Deus cælum, & terram, vt aliàs tactum, fecit, & in Die quĩta Pisces creauit, & Aues ex aqua, ex aqua verò partem, & ita aeri partem dedit puta aues, partem aquis, vt Pisces. Cete deinde grandia produxit, eisq; benedixit dicens; Crescite, & multiplicamini in Mare: Aues quoq; in terra multiplicentur, & hoc est, quod dicitur. O Deus, Magnæ Potentiæ, qui ex aquis ortum genus, idest Pisces, & Aues creasti, partim verò remittis gurgiti, vt Pisces, & partim in aera leuas, vt Aues. Vel sic. O Deus Magnæ potentię, qui remittis ortum genus ex aquis gurgiti, & in aerem ortum genus, quod significat genus humanum in duas partes diuisum; Nam pars illa quæ in gurgiti mittitur, vt Pisces, mali dicuntur homines, qui in tenebras mittuntur exteriores; Illa verò pars aerem respiciẽs, vt Aues, boni homines dicuntur, qui in cęlo collocantur. At hic solet quæri, ex quo Pisces, & *Dub.* Aues creati ex aquis, cur in quadragesima, & in alijs diebus prohibitis, vt Pisces, non comedimus Aues? *Sol.* Huic difficultati, dicatis velim, hoc pro tanto fieri, quia Pisces ex coitu non nascuntur, vt Aues, & ideo omni

omni tempore, licet nobis Aues, minimè comedere; vt Pisces. Vel dicatis, id non fieri, quia luxuriæ occasio, magis viget in auium comestione, quam Piscium. Nunc ratio subditur, cur Deus, sic fecerit, dū dicitur. Demersa lymphis imprimens, hoc est, tu Deus submergens demersa, ideft missa, ideft deorsum missa, vt Pisces, qui submerguntur, ita mali homines lymphis, hoc est, aquis inferni submergātur, subiecta verò cæli irrogans, ideft homines sibi subiectos in cælis collocans, vt stirpe vnā prodita, ideft vno baptismo, loca diuersa rapiant, ideft, vel vitam æternam, vel damnationem, iuxta illud Euang. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest intrare in Regnū Dei. Tu ergo Magnæ Deus potentiæ, largire cūctis seruulis, qui omnia superius tacta, fecisti: largire (inquam) hoc, nescire lapsus criminum, hoc est illum casum, qui in baptismo dimersus est, vti cunctis seruulis, consueuisti, seruire tuis, quos vnda tui sanguinis mundat, ideft à peccato lauat, & abluit; Nec ferre mortis tædium, hoc est, ne velis mortis tædium, ideft inferni pænam, vt culpa nullum deprimat, ideft aliquod graue peccatū, christianum aliquem reprehendat; Nullumq; leuet instātia, ideft extollat minimè hominem de bonis operibus, siue in superbiam eleuet, & hoc, ne mens elisa concidat, ideft inflata, sic in infernum corruat. O! Deus Magnæ potentiæ, apud quem non est impossibile omne verbum, vt Lucæ 1. habetur: Quiq; aquā decorasti Piscibus: Aerem, & terram Auibus, dignare quæso mersa deorsum, ideft malos homines reuocare ad pænitentiam, vt ex vno baptismate, fonteq; coronam vitæ, ideft vitam æternam valeant accipere. Hæc satis.

Cōsilium est hoc. At post promulgationē preceptū.

Luc. 1.

Magnæ

Magnæ Deus potentiæ.

De Dei potentia.

IN gratiam dictorū decreui hodierna die verba facere de Dei potentia, de qua Exod. 24. scriptum est. *Exo. 24.* Diuisit Mare rubrum in Diuisiones: Hęc est ergo illa, qua Deus tempore Samuelis, in aere, tot fulgura, & tonitrua, fecit; Hæc illa est, qua Deus tempore Eliæ iusti, de cælo ignis copiam magnam descendere fecit; Hæc illa, est qua tempore Moysis, Deus manna pluit in deserto annis quadraginta; Hæc illa, qua Deus Iosuæ tempore, per Diem integrum, Solem stare fecit; Tempore verò Regis Ecclesiæ retrogradi per gradus decem, Solem redire voluit; Hæc illa, est potentia, qua tres illi Pueri in fornace positi, illesi remansere; Hæc illa, qua D.Io. à Vase olei feruentis, est liberatus; Agnes à flāmis ignis; Chaterina à crudeli rota, nec non multi alij Dei serui à diuersis martyribus; Hæc illa, est qua Deus, Regnum Caldeorū destruxit; Aegyptum tot signis ac prodigijs percussit; Israel serpentibus; In manus Iudæorum inimicos tradidit; Sodomitas Ciuitates submersit; Babiloniā superbam destruxit; Holoferno caput amputauit; Visum cæcis restituit; Surdis auditum; Sanitatem infirmis; Vitam mortuis; Vim debilibus; Claudis gressum; Hæc illa tandem potentia, est qua Dei sancti, tot signa, & miracula fecerunt, vt Christus ipse dixit: Signa eos, qui crediderint, hæc sequentur: in nomine meo Dæmonia eijcient, linguis loquentur varijs, serpentes tollent, & si quid mortiferum biberint,

rint, non eis nocebit. Magnæ ergo Deus potentiæ vt in superiori dictum. Hæc satis.

Tu trinitatis vnitas.



LIcet Benedictus Deus à nobis omni tempore laudandus, præcipuè tamen ipsum laudare magis conuenit illo tempore, in quo benefitijs sumus valde affecti. Et cum quotidie nobis benefitia conferat multa, omnipotens Deus, vt vos nō præterit, propterea, cū Psal. ita dicemus: Psalmum dicam nomini tuo in seculū seculi, vt reddā vota mea de Die in Diē, & hoc est quod in hymno præsenti habemus, vbi Sanctissima Trinitas inuocatur, vt nobis dare dignetur gratiam ad surgendum de nocte, nec non medicinam ad vitia vitanda, quærere. Tu trinitatis ergo vnitas, idest, qui vnus es Deus in trinitate, ò tu Sancte Spiritus, qui procedis à Patre, & filio, orbem potenter, qui regis, idest tua potentia, mundum gubernas: Attende, idest respice quæso, & audi laudum cantica, idest hymnorum nostrorum, quæ excubantes psallimus, idest nos vigilantes cantamus; Nam lectulo consurgimus, idest desiderio ingenti, ad hoc munus exequendum. Hic velim notetis, vnde lectus dicatur, ab electis enim, & herbis mollibus dicitur, super quas antiqui homines requiescebāt. Vnde nunc subditur; Nam lectulo consurgimus, noctis quieto tempore, hoc est, horæ noctis, homo nanque de nocte magis quiete moratur, & ideo vt magis quietus debet orare. Hinc D. Aug. consueuit dicere, quòd Dei mandata scrutari, siue inquirere; non potest, nisi quieta, ac tranquila mēte, & ideo in hymno præsenti

Materia hymni, est Sanctissimæ Trinitatis.

Not.

D. Aug.

canitur: Noctis quieto tempore. Sed cur hoc? certè vt flagitemus,ac imploremus à te Deo, medelam, siue medicinam vulnerum omnium, vel plagarum, idest peccatorum nostrorum. Quo pro vt potestas tuæ gloriæ abstergat celitus, idest deleat diuinitus illud peccatum, quod fraude, siue deceptione, ac Dæmonum suggestione deliquimus in noctibus,hoc est in vitiorum tenebris, & hoc, ne corpus adsit sordidum, idest fætidum remaneat, & pollutum coràm te; Deinde, ne torpor instet cordium, idest pigritia, siue cordium malitia instet, idest nobis superstet: Nec criminis contagio, siue malitia, ac peccati macula instet nobis, & ne, idest vt non Ardor Spiritus Sancti tepescat in nobis ob hoc, idest propter hanc caussam, ò Redemptor quæsumus, ac te rogamus,& obsecramus, vt tuo nos lumine repleas, ne scilicet dierum circulis, hoc est omnibus diebus, vllis ruamur actibus,idest peccatis.Tu enim vnus es,& verus Deus in vnitate diuinæ naturæ,& trinus in personis. Hic Notandum, verba fieri de Trinitate increata,ad creatæ differentiam; Nam Prima summa, & ineffabilis, est; Secunda, vt creata,quæ cæcidit,& rationalis concupiscibilis, & irrascibilis. Altera, per quã homo cecidit, sugestio Diaboli, delectatio sensualitatis, rationisq; consensus. Tertia, est in quam cecidit, videlicet, ignorantia veri, impotentia boni, & concupiscentia mali. Consueuit dari præterea alia Trinitas, per quam homo resurgit, videlicet, fides, spes, & charitas. Solet quoque vlterius, alia inueniri Trinitas,per quam nos ad gratiam reparamur,aut triplex substantia, quæ in Christo est: Nempe Diuinitas,anima,& caro.Addatis vos tandem aliam Trinitatem per quam regeneramur,& est spiritus,aqua, & sanguis; Spiritus (inquam) sanctificationis; Aqua ablutionis; Sanguis verò redemptionis.Vnde

Notan. de Trini tate multiplici.

sic redempti, Deum in via laudamus, sed aliter, quã beati in Patria; Nanque nos hic per creaturas tantũ, in quibus ipse relucet, at beati quatenus ipsum per essentiam vident, & in eo omnia. Ne ergo vitæ nostræ circulo in malum prolabamur, Deum queso oremus, vt splendoris sui lumine, nobis semper sit propitius. Amen.

Tu Trinitatis.

Quod Deus laudandus, &c.



CTVRVS de benefitijs à Deo homini collatis, propter quæ laudandus Deus, à Vate ita dicente, recedã minime. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatas, est iumentis insipientibus, &c. Adam Parens Primus noster, à Deo cum iustitia originali fuit creatus, & in maxima dignitate cõstitutus, verùm quia de facili à tãta dignitate, ac perfectione cecidit, idcirco similis animalibus, factus fuit in tantãq; culpa sua, miseriã cecidit. Quod si stetisset, Paulo post in paradisum translatus fuisset. Habuit præterea à Diuina virtute, & sapientia, contẽplãdi vim cælestia, sed quia nõ intellexit, ideo iumentis insipientibus, similis factus; Donum vlterius prudentiæ habuit, quo res Ciuiles regere posset, & gubernare, at terrenis desiderijs exceccatus, iumentis similis factus; Præterea, illi Deus dederat Magnanimitatis lumẽ, vt iniurias remitteret, sed minimè intellexit, ideo iumẽtis similis factus. Vlterius sensuum claritatem habuit, verùm non intellexit, eo quia more talpæ cęcus factus, propterea iumentis comparatus. His accedit, quòd donum sacras interpretandi

Quæ benefitia Primo Parenti collata.

tandi scripturas, habuit, at non intellexit; iuremeritò iumentis similis factus fuit. Insuper à Deo generandi virtutem bonos mores, verùm carnalis, est effectus, quia carnalia amauit, hinc factum fuit, quòd Vates dixerit: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Quare Deus laudãdus pro tot collatis beneficijs hominibus; quo trinus in personis, & in essentia vnus, & hæc hactenus.

Eterna Cæli gloria.



E more meo præsentem hymnũ dilucidaturus, huius materiam tangã Primò; Deinde ad enodandos singulos versus accedam. Quò ad primum, hymni materia, est nil aliud, quam inuocatio Christi, Virginis Mariæ filij, vt suam nobis dignetur tribuere misericordiam, nec non dexteram porrigere, vt inde fidei, spei, & charitatis fortitudinem habeamus, & hoc est quod subditur. O' æterna Cæli gloria, beataq; spes mortalium celsi tonantis vnicè, casteq; proles Virginis, idest ò Christe, qui es gloria æterna cæli: ò vera spes mortalium siue Christianorum; ò vnice fili cælsi tonantis, puta cælestis Patris secundum diuinitatem: ò Proles castæ Virginis, da tuam quæso, secundum humanitatem, dexteram surgentibus, hoc est, tuum auxilium nobis porrige à peccato surgẽtibus, vt mens sobria, & abstinens in Dei laudem exurgat, idest ad tui æterni Patris laudes, & fragrans siue ardens in Dei laudem rependat, idest persoluat, ac donet grates, idest gratias debitas, ortusq; lucifer resul geat, quod est dictu, Christus mundum illuminet,

Materia hymni.

sparsamq; lucem nunciet, idest natam lucem, quia tunc temporis Diaboli obscuritas cadet, luxq; Sancta Christi, lumine Sancti spiritus illuminabit, manensq; nostris sensibus, lux ipsa noctem, repellet sæculi, idest Diabolum, qui mundi huius nox dicitur. Dignetur insuper illa lux pectora nostra, idest corda à vitijs omni fine Diei, idest in omni tempore vitæ nostræ, purgata seruare, vt quæsita iam primum fides à nobis in baptismo, altis radicet sensibus, hoc est ponat radices sensibus nostris altis, idest profundis. Secunda verò spes congaudeat, quia per ipsam vitam speramus æternam, qua maior extat charitas, idest qua fide, & qua spe, maior existit charitas. Altius vt exordiamur Nobilissimi Auditores, scitatis velim ex prætactis, filio Dei, quatuor posse attribui, quorum primum, quòd Dei filius, est gloria æterna, perpetua, & Ciuium Cælestium indefitiens, idest Angelorum. Alterum est, quòd Christus hominum Christianorum hic viuentium, vnita spes est, in quo solo sperandum; Tertium, est quòd Dei Patris, vnigenitus; Quartum, quòd Sacrosanctæ Virginis, est filius, & proles, quia incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Dicamus ergo cum fidutia, da dexteram surgentibus, vt mens nostra exurgat, & libera sit à terrenis, in Crucifixi credens amorem; Nam propter peccata nostra, ipse mortuus. Ruant igitur tenebrarum, idest peccatorum caligo, vt nox lux Sācta redemptionis illuminet, firmamq; fidem in sensibus nostris ponat, tristemque sæculi repellat noctem, vt vsque ad vltimum vitæ nostræ pectora, sint semper munda. Quātum Deo gratias agere debeamus pro benefitijs acceptis sancti Patres, & veteris, & noui testamenti demonstrant; Moyses nanque, & filij Israel Carmen Deo dixerunt: Cantemus ergo, & nos Domino ex quo mirabiliter mare rubrū tran-

Quid per noctem.

Quot Dei filio attribuēda.

trāsierunt; Thobias quoque post visum receptum; Vates quoque post condonatum peccatum; Beata Virgo Maria dum dixit: Magnificat anima mea Dominum, &c. Paulus Apostolus non secus pro benefitijs sibi, & alijs collatis. Hæc in tantum.

Eterna Cæli gloria.
An imago, sit filij in Diuinis, proprium nomen.



RO examine dictorum maiorique intelligentia, duo hodierna die ponderanda, quorum primum; An imago filij in diuinis, sit nomen proprium; Insuper, quærendum; An Beata Virgo fuerit verè mater Dei, hominis. Quantū attinet ad primum pro negatiua parte, sic arguitur. Damascenus enim ait, quòd etiam Spiritus Sanctus, est imago, non ergo, &c. In oppositum D. Aug. se habet lib. 6. de trin. Vbi pro difficultatis huius dulucidacione, sciatis velim, imaginem alicuius dici posse in aliquo dupliciter; Vno modo in re alterius naturæ, qua via in diuinis, filius non dicitur imago Patris, at hæc imago, est vt illa Cæsaris in numo; Alio modo imago admittitur in re eiusdem naturæ, sub quo sensu, filius in Diuinis imago Patris. Nunc diluenda venit ratio formata sic, quòd aliud est loqui secundū græcos de imagine, & aliud secūdum latinos. Si Primo modo ratio currit, improprijssimè loquendo, non enim Spiritus Sāctus procedit per modum naturæ, vt filius, sed voluntatis, licet ambo sint cum Patre eiusdem naturæ, & ita

Damasc.

D. Aug.


Imago dupl.

ratio

ratio nulla. Consequenter speculandum venit, num Maria Virgo, Christum cōcipiendo, verè Mater Dei hominis appellanda; Mihi aspectu primo apparet, quòd non, quia Virginitas, & maternitas opponuntur, non ergo, &c. Deinde in Christi generatione, non se habuit actiuè, vt Mater, igitur, nec Mater Dei
Luc. 1. hominis. oppositū est videre iuxta illud Euang. Concipies in vtero, & paries filium. Hic opiniones diuersæ adducendæ forent, de actiuitate, quas omnes breuitatis caussa omitto; Quidam enim volunt Patrem tantum concurrere actiuè, & matrem passiuè; Sed nos tenemus vtrumque, scilicet, quod actiuè, & passiuè concurrat, diuersimodè tamen, eo quia passiuè principaliter, minus verò principaliter actiuè; Nūc ad formatas rationes, quid dicturus, audite; Virginitas enim, & maternitas, non dicuntur opponi aliqua oppositione formali contraria; Ad alteram formatam rationem, habet negari, quòd non se habuerit Virgo Maria actiuè minus principaliter, & sic patet, quid tenendum circa hoc negotium.

Mater quo modo ad gē. concurrat.

Plasmator hominis Deus.



HYMNVM præsentem dilucidaturus Deo duce, atq; fauente, agā primo, de huius materia; Deinde singulos declarabo versus. Quò ad primum, hymni res considerata, hæc, quòd Deus animalibus productis, siue creatis, in feria sexta Adam produxit, in Paradisoq; delitiarum posuit, nec nō cunctis animalibus præfecit, dicens: Dominamini piscibus maris,


Materia Hymni.

ris, & cæli volatilibus. Verùm, vt Deus, hominem cunctis animalibus, superiorem fecit, idcirco, ad ipsum clamandum, inferior cunctis ne videretur animantibus, Eccl. Sancta hunc adhortatur, ad Dei virtutem commẽdandam, his verbis: ò Deus Plasmator, siue Adæ Creator, qui cuncta solum ordinans, ac disponens, cunctauè hoc est omnia præcipis per humũ producere, iubesq; reptantis, hoc est serpentium, & feræ genus producere, puta bestiarum, quiq; magna rerum corpora, dictu iubentis viuida, ideft, tu Deus, qui dictu, ideft verba iubentis filij scilicet tui, rerum corpora magna viuida, vt iumenta, pecora, aliaque, diuersa viuida, ideft animata fecisti, vt seruiant per ordinem, scilicet homini animalia ista, ipsique sint subdita, quò ad nutritionem, & comestionem, & alia fugienda, quò ad hunc actum nutritionis, vt equi, &c. propterea à tuis quęsumus repelle seruis, siue expelle, quicquid per immunditiam, siue superfluitatem, aut moribus se suggerit, aut actibus se interserit, ideft intermisserit; Quando enim quis intra mittitur, tunc peccare, aut dictis, aut factis videtur, ita vt nequeat abstinere, quia in naturam vertitur vsus. Quo facto, petimus, vt gaudiorum præmia, æternorum, nobis des, atque concedas, litisq; vincula, ideft peccata, quæ ligamenta dicuntur, dissoluas, pacisq; fœdera astringas, ideft coniungas, pacis supernæ gloriæ, pacta. Nobilissimi Auditores, modus iste, nobis valde idoneus videtur ad Diuinam virtutem commendandam, nec non ad Deum ipsum rogandum, vt scilicet, omne à nobis repellat immundum, pacemque placidam concedat, vitæque æternæ dona; Nam homo, creatus à Deo, vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, & amando frueretur. Qui homo, quò ad corpus, ex quatuor elementis, dicitur compositus; Terra nanque in ossibus, & carne *Ex quib. homo.*

appa-

apparet; Aqua in humoribus; Aer in pulmone; Ignis tãdem in corde. Hinc à quibusdam, solet dici, quòd homo non solum à Deo naturale esse accepit, vt cæteræ creaturæ, puta esse vegetatiuum, & sensitiuum, verùm etiam, esse pulchrum, ad omnes virtutes attingendas, veramq; beatitudinem. Vnde consueuimus quatuor à Deo postulare, videlicet, quòd post hanc vitam, cælestiũ gaudiorum nobis præmia det; Insuper, quòd in vita præsenti, gratiarum suarum dona nobis elargiatur; Deinde, quòd à nobis rixarum, & contentionum occasiones abscindat, incendiaq; extinguat cum sit Deus pacis, & non dissensionis, vt
Cor.4. legere est Cor.4. Denique, quòd pacis placido fædere, nos omnes adinuicẽ astringat; Nanq; ipse Deus,
Cor. 13. est vera pax, & pacis celebrator. Cor. 13. Doce nos ergo Domine Deus, tuam facere voluntatem, vt à tuo spiritu bono deducti, ad illam beatam Ciuitatem peruenire, valeamus. Amen.

Plasmator hominis Deus. Quid Christus à nobis exigat.



N gratiam dictorum, acturus de his, quæ Christus exigit à nobis, duo nunc faciam; Promissis primò satisfaciam; Deinde, quid à Deo nos postulare debeamus, aperiam. Quantum ad primum, vt Christus Mundi Redemptor, boniq; author, nobis corpus, animam, & Diuitias, est largitus, non secus horum à nobis exigit effectus; Nanque ab anima, postulat

amorem,

amorem, vt Luc. 10. habetur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,&c. Insuper à corpore, castigationes, afflictiones, & ieunia Rom. 12. Exhibete corpora vestra, hostiam viuẽtem,&c. Quid ex diuitijs? certè pro Pauperibus eleemosynas. Vnde Apoc. 3. Ego sto ad ostium,& pulso, videlicet in pauperum persona. Verùm e contra ab anima malas cogitationes reddimus, vt est videre Isa. 5. Expectaui, vt faceret vuas,& fecit lãbruscas; Ex corpore, fornicationes, ebrietates,& similia. De temporalibus verò auaritiam, & ingratitudinem, ideò nulli debet videri mirum, si digni non efficimur Regno Cælorũ, quod nos à Deo petimus, & quodammodo bonis operibus, emimus. Hic tamẽ sciatis velim, quod hic non intendo tractare de Regno mundi, eo quia fallax, volubile, multisq; malis abundãs, simulatione potissimum, at de Christi Regno sic, quod non consistit in delitijs, nec crapulis, siue in rebus mundanis, quæ omnia transitoria, & vanã, sunt, & ideo monebat nos Christus, intrare minimè Regnum huiusmodi peruersum dicendo. Cauete, ne corda vestra grauentur crapula. Et Apostolus: Non in commessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus,& impudicitijs, &c. sed induimini Iesum Christum, cuius Regnũ nõ est esca, neq; potus, sed tres res benè comprehendit, videlicet, iustitiam, pacem, & gaudium, in Spiritu Sancto. Homo ergo in hoc sæculo primò iustitiam seruare deberet, pacem deinde quęrere, tandem gaudium recipere. Iustitia, Deo dat homo, quod sibi conuenit: Animi tranquilitatem, pace, inde resultat gaudium. Verùm hic perpendatis velim, quòd hic, non fit sermo de huius mundi pace, sed benè de illa, de qua Apost. Et pax Dei, quę exuperat omnem sensum, &c. & consistit in animi simplicitate summa, ac trãquilitate. Hinc tertia pars

Luc. 10.
Rom. 12.
Apoc. 3.
Esa. 5.
Notan.
In quo Reg. Christi.
Pax dupl.

Gaud. dupl. huius detegitur Regni, quæ gaudium vocatur, non huius mundi, sed spirituale gaudium, quod nobis in Cælo erit, quando videlicet, facie ad faciem, Deum videbimus. ò quod gaudium, erit istud? Non carnale, siue humanum, at spirituale, & ineffabile, sine tristitia, sine labore, ac sine languore, sed cum vita sine morte. Beati itaque illi, qui ambulant in lege Domini. Amen.

Summæ Deus Clementiæ.



VOLENS ad Dei laudem, hymnū præsentem enodare, huius materiam primò tangam; Deinde ad versus manifestandos, accedam; Hymni ergo materia, hæc, cognoscere trinitatem in vnitate, & in vnitate trinitatem. Verùm cum carnis peccatum, siue caro rebellis, libidinosiq; motus, connascantur nobis in pœnam peccati originalis, hinc fit, quòd Deum rogare debeamus, vt lumbos nostros, cingulo charitatis, vel castitatis attingat, cordaque nostra ignem Sancti Spiritus adurat, vt sibi corde casto, & corpore inseruire valeamus. Dicamus ergo sic. ò Deus summe cleme͂tiæ, siue pietatis altæ, & ò factor optimè, machinæ, ideſt cōpositionis altæ, ideſt mundi, vnus potentialiter in Deitate, siue essentialiter, trinusq; personaliter, nostras præces cum canticis, tu pius, ac benigne, nostros lachrymarum fletus cum canticis .i. laudibus, suscipe quæsumus, quo te, ideſt vt te sommo bono nostro, perfruamur largius, corde puro, sordibus, ideſt absque peccato, quod est dictu: Lumbos, iecurque morbidum accende, siue lumine cōgruo illumina, ad id quod paulo ante, tetigimus. Hic

Res hymni considerata.

velim

velim notetis, tria inueniri, quæ peccare dicuntur principaliter: Cerebrum: Iecur: & lumbi, ideo dicitur accende lumbos, iecurque morbidum, vt sint accincti, idest casti cōtra luxuriam perpetim, idest perpetuò, siue semper, remoto pessimo, hoc est à nobis luxuria pessima remota, vt quisq;, idest quicunque nos rumpimus, nunc horas noctium, canendo, donis Beatæ Patriæ ditemus, idest quandocunque horas noctium, idest Dæmonum deceptiones, canendo rumpimus, siue concinendo, per bonas operationes, omnes ditemur affatim, idest abundanter Beatæ Patriæ, Diuites efficiamur. Hinc discatis velim, quænam arma debeāt esse nostra, vt puta orationes, lacrymæ, & suspiria; Nanque huiusmodi, inimicos proculdubio euertunt nostros, & ideo in hymno pręsenti dictum fuit, nostros fletus, hoc est arma nostra, quibus aliàs, & modo, mundi huius hostes, superauimus nostras carnem, Mundum, & Dæmonem, suscipe. Quare vnus quisque nostrum, suam vitā corrigat, mores mutet, & mala sua, idest vitia, ipsis scilicet resistendo, canticisq; iugiter Deo canendo vincet; vt tandem ad æterna gaudia perueniat, summoque bono finaliter perfruatur. Amen. *Arma hominis.*

Summe Deus clementiæ.

An in Deo, sit Amor.



E mendax vobis videar esse, paucis verbis inquiram, hodie, an in Deo sit cōcedendus Amor; Mihi aspectu primo, videtur esse tenendū, quòd non, quia amor, est quædā passio, sed talis in Deo minimè admittitur, igitur neque Amor in Deo. Præterea,

ira, odium, & huiusmodi, non dicuntur de Deo, igitur neque Amor; Vlterius secundum Dionisium, amor est vis vnitiua, & concretiua, sed talia locum in Deo habere nequeũt, non ergo Amor in Deo. In oppositũ se habet illud D. Io. 3. Deus charitas est, &c. Ergo Amor in Deo. Pro decisione igitur huius quæsiti, est sciendum, quòd Amor Dei, Duplex est, vnus mediatus, alter immediatus; Secundus iste, in Deo præcisè, est terminatus, quo Deus in se, & propter se diligitur, & non creatura, ita quod illo actu, solus Deus per se diligitur. Amor verò mediatus, est quo proximus propter Deum, & vt ad ipsum, ordinatus, diligitur. His in hunc modum positis, quid ad rationes dicendum, percipite; Nam prima currit de passione; vt actum sensitiui appetitus significat, non intellectus, seu voluntatis, & hoc modo Amor non ponitur in Deo, sed bene modo secundo. Alterum Argumentũ, in cõpositis habet concedi, & in imperfectis, in Deo verò neutiquam, quia in illis admittitur imperfectio, sed non in Deo. Ad instantiam verò adductam ad aures Dionisij dico, quòd habet concedi in Deo, sed non cum compositione, quia illud bonum, quod sibi vult Deus, nil aliud est, quam ipse, qui essentialiter, siue per suam essentiam bonus, & sic licet amor sit vnitiuus, absque compositione nihilominus. Dum autem dicitur, quòd Amor, est vis concretiua, pro tanto dicitur, quia alium aggregat sibi, habẽs se ad eum, vt ad se ipsum, & ita Amor diuinus, vis concretiua est absque cõpositione, quæ sit in Deo, inquantum Deus vult bona alijs. Qui plura circa rem hanc desiderat videre, legat Rayn. pag. 34. cap. 20. & plus vltra, nec non D. Thom. p. p. su. Art. primo q. xx. vbi scitu digna habentur. Hæc interim.

Quid Amor. *D. Io. 3.* *Dei amor dupl.* *Rayn.* *D. Thomas.*

Aurora

Aurora iam ſpargit Polum, &c.



E ſe mihi offert hymnus præſens dilucidandus, de cuius materia agã Primò; Inſuper, ſingulos enodabo verſus. Quantùm ad primum, hymni materia hæc eſt, Deprecari Chriſtum, qui more auroræ Polum illuminantis, nos quoque illuminet, vt mundũ iam illuminauit, & hæc de re conſiderata; Nunc ſinguli verſus aperiendi in hunc modum. Aurora iam ſpargit Polum, &c. quod eſt dictũ: Domine ecce aduentauit aurora, quæ Polum illuminat, ideſt ipſe Chriſtus, qui vt Dies illabitur, ſiue manifeſtatur terris .i. hominibus, luciſq; reſultat ſpeculum, ideſt Chriſti pulchritudo gaudet (hoc enim eſt reſultare) terris, ſcilicet noſtris ideſt cordibus, recedat ideò omne lubricum, ideſt peccatum à nobis: Fantaſma quoque noctis decidat, hoc eſt Diaboli; ruat, ſiue à nobis cadat, mentiſq; noſtræ reatus ſubruat, hoc eſt peccatum, ſiue mentis culpa, ſub nobis cadat, quicquidue in tenebris horridum, nox culpæ attulit nobis, ideſt terribile omne peccatum, & hoc, vt mane illud vltimum, ideſt futurum iuditium, quod præſtolamur cernui, hoc eſt corde humili, & pronì, effluat, ſiue nobis in lucem eueniat, dum hoc canore concrepat, ideſt dum te laudat, ac cantu, vel laude reſonat. Iam lucis, ideſt Chriſti aduentum carmine primo deſcriptum; Deſiderium inſuper petentium nocte depulſa, lucis aduentu illuminari; Tertiò flagrantium ad lucis perpetuæ conſortiũ peruenire, vt Dei valeant

Materia hymni.

Quid per terram.

frui

frui cognitione; Nec mirum, aurora enim diuinę gratiæ post peccati noctem, aspergere intellectum dicitur, voluntati illabi, & memorię, vt nunquam homo, Dei benefitiorũ obliuiscatur, sed bona appetat semper, veraq; absq; errore aliquo sequatur; Tunc peccati spiculum discedet, tenebrarumq; fantasma cadet, nec non mentis reatus subuertetur, si hoc contigerit, & ita cum canore iubilo, mane illud vltimum, à Deo nobis occurret prosperum, & gloriosum in lucem. Aurora ergo, idest Diuina gratia, siue Christus, ipse est, qui spargit, & Polum illuminat, idest intellectum, siue animam, cordaq; fidelium, & mentes eorum. Dies similiter, idest Christus, vel eius diuinum auxilium, appareat terris, idest nobis Christianis de terra productis, sitq; semper in voluntatibus nostris, & spiculum, idest pulchritudo, & lucis Christi aspectus, nec non eius claritas resfellat, memoriamq; nostram penetret, vt omne lubricum, omneq; peccatũ discedat à nobis. Quid autem sit, quod lubricum inducat, audite; Nam nil aliud, nisi illusio Diaboli, nocturnaq; cogitatio, & similia, & ideo dicitur, fantasma noctis decidat: Mentis reatus, idest culpa; vel crimen subruat, vt mane illud vltimum. i. Christi aduentus, quem inclinati speramus, & expectamus, nobis ueniat in lucem, dum hoc mane, dulci, & cantu suaui, concrepando, ac personando venit.

Aurora quid producat.

Quid per spiculũ.

Amen.

†

Aurora

Aurora iam spargit,&c. Quid, vt aurora Christus, producat in nobis.



DILIGENTER perpendere volentibus, bona, quæ nos fideles in Christi filij Dei nomine, consequimur, luce clarius apparebit, quòd quicquid in eius inuocatione petierimus, obtinebimus; Ipse namque iuxta illud Euãg. dixit: Quicquid orantes petieritis in nomine meo, hoc faciam, &c. Nec mirum, teste enim Apostolo Ephes. 8. elegit nos ante mundi constitutionem in ipso; Insuper Cor. 6. dicitur. Qui nos vocauit, vocatione sua sancta, ante tempora secularia. Vnde in nomine Christi, vt ait Apost. Rom. 5. pacem habemus per Iesum Christum, iustificati ex fide. Preterea abluti in nomine Domini nostri Iesu Christi. Nec hoc sufficit, quia etiam Deo reconciliati sumus per mortem filij eius, vt Rom. 5. habetur; Vlterius, gratificati Ephe. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo; Deinceps, Ephe. 1. dicitur. In quo habemus redemptionẽ per eius sanguinẽ. His omnibus accedit, quòd Christus nos liberauit à lege, à peccato, & morte, Rom. 6. sumus quoque filij adoptiui: Rom. 8. Deinde, gratiam habemus: Rom. 1. Per quem accepimus gratiã, & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. In eius nomine quoque illuminamur, iuxta illud Euang. Ego sum lux mundi, &c. Sumus etiam in nomine eius creati, vt D. Io. ait. omnia per ipsum facta sunt; Nec hoc sat est, quia

Ephes. 8. *Cor. 6.* *Rom. 5.* *Rom. 5.* *Ephes. 1.* *Rom. 6.* *Rom. 8.*

etiam

Tit. 3. etiam recreati sumus, vt ait Apostolus Tit. 3. Per lauacrum regenerationis, & renouationis, quem effudit in nobis abundè, &c. Quid amplius? nonne in nomine eius saluati sumus, vt ait Apostolus? Nihil damnationis, est his, qui sunt in Christo Iesu. Et ita clarum iam est quot bona à Deo Patre per Christum nobis proueniant, qui vt audiuistis in superiori aurora dicebatur. Hæc pro præsenti.

O Lux beata Trinitas.



ARBITROR vos scire, nostrum esse, tum de Die, tum de nocte, tũ in aduersis, tum in prosperis, laudes Deo decantare, sumpta temporis qualitate; Inuocanda idcirco Sanctissima Trinitas, vt lumen nunquam spirituale à nobis auferat, quo Deum ipsum perpetuò laudare possimus, & hęc de hymni huius Materia, siue re cõsiderata; Nunc ad sensum versuum festinemus ità dicentes. O Lux beata Trinitas, &c. idest ô Deus, qui in essentia, vnus, & trinus in personis, lux omnium hoc est Mundi, & Angelorũ, & Principalis vnitas, quatenus Principatum, ac dominationem super omnes Angelos habes, lumen infunde cordibus nostris, siue sensibus, idest Sanctum Spiritum, te mane laudum carmine deprecemur, hoc est adiuua nos, vt Vesperi, mane, & meridie, te puro corde valeamus laudare, Vesperi præcipuè, hoc est in fine mundi, & hoc, vt suplex, idest humilis, gloria nostra, te semper laudet per cuncta secula. His ita positis pro vberiori doctrina, velim primò sciatis, ac animaduertatis, Sanctissimam Trinitatem (vti superius tactum) lucem appellari, eo quia in Patria, ipsa speculum

Materia hymni.

Cur San. trin. lux.

ſpeculum ſit,in quo omnes creaturæ relucent; In via verò totum oppoſitum contingit, creaturæ namque ſpeculum dicuntur,in quo Creator videtur. Nec eſt, quòd dubitetis,de Sanctiſſima Trinitate, quæ vt indiuidua apertiſſimè patet in Diuinis oraculis, & potiſſimum apud Iſaiam *6.* Audiuit Seraphim ter dicētia, Sanctus, in laudem Sanctiſſimæ Trinitatis; Deinde, in ſingulari ſubiūgentia, Dominus Deus Sabbaoth, ob vnitatis diuinæ Confeſſionem. Vates quoque Pſal. *66.* dicere conſueuit: Benedicat nos Deus, Deus noſter, Benedicat nos Deus: Vbi nominat ter Deum, & ſic Sanctiſſima Trinitas detegitur; Dum verò ſubdit,& metuant eū omnes fines terrę,vnitatē tangit Diuinæ eſſentiæ; Rurſus Apoſto. Rom. 11. ait. Ex quo omnia,per quē omnia,in quo omnia, ipſi gloria in ſecula. Poteſt quoque in figuris, Sāctiſſima Trinitas oſtendi; Nam ſignificari dicitur per tres amicos Iob. Deiceps per tres Angelos,quos hoſpitio Abrahā recepit, tres enim vidit, & vnum adorauit; Quid inde?nonne,etiam in Creaturis relucet? certè ſic,quia in Creaturarum magnitudine, Patris Potentia cognoſcitur; In diſpoſitione verò, Sapientia filij; In ornatu, bonitas Sancti Spiritus. In Sole etiam videtur relucere, in quo apparet eſſentia, ſplendor,& calor,quæ tria Sāctiſſimam nobis innuunt Trinitatem. Hic pro vberiori doctrina, eſt notādum, quòd ipſius deitatis indiuidua vnitas,Principalis,hic dicitur vnitas, eo quia, ſicut, eſt vnus Deus ſolus, ita vnum ſolum increatum,eſt Principium; Et vt vnum,in creatis rebus, eſt exordium, fonſque omnis numeri, ita Deus,nobiliori,ac modo digniori, vnitas Principalis, bonitas, virtus, lux, & id genus in abſtracto. Sit ergo noſtra ſupplex gloria, &c. Vbi ſupplex nomen,rectè accommodatum,congruumq; huius nominis gloria, quod quidem pro laude, & præconio

Iſa. 6.

Vates 66

Rom. 11.

Quo modo reluceat San. trin. in creaturis.

Not.

Diuinæ maiestatis, quo ipsam glorificamus, hic sumitur, vt ibi, dum dicitur, gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, quod etiam consecutiuè, est intelligendum, per cuncta sæcula, sæculorũ. Amen. Ad quod obtinendum, rogandus Deus, ne per peccatum à nobis, recedat Christus vti sol igneus recedit à nobis nocte superueniẽte, & ita nobis licebit dicere. Amẽ.

O lux Beata Trinitas.

Quòd Deus, sit lux.



E quid vitio mihi dari queat, in gratiam dictorum, hodierna die de luce verba faciam, vt intueri valeatis, sub quo sensu, Deus lux appelletur. Verum primò, quid sit lux audite: Nam vt scribit Brulefer, nil aliud est, nisi qualitas corporis lucidi. Vnde lucidũ, est corpus habens lucem: Luminosum verò ipsum corpus illuminatum. Ab alijs lux, dicitur, illud significare, quo colores manifestantur, vt videlicet id quod potentia visibile est, actu, sit visibile. Quandoque sumi solet transumptiuè ex vsu loquentium ad omne illud, quo cognoscibile manifestatur, vt Apostolus ait ad Ephe. 5. Omnia, quæ manifestãtur, à lumine manifestantur: Deinde sequitur: Omne quod manifestatur, lux est, sicut Deus, Angeli, lux, lumen dicuntur. Hinc in symbolo Niceno canitur Deum de Deo, lumen de lumine: Vbi lumen est notionale pro qualibet persona, & omnes tres, tria, sunt lumina notionalia, vnũ verò essentiale lumen. Dari etiam dicitur lumen, fidei, lumen gratiæ, & gloriæ. Diuus verò Bonauentura agendo de luce, consueuit dicere

Quid lux.

Ephe. 5.

D. Bonauent.

cere, tribus accipi posse modis, videlicet; pro forma substantiali, quæ corpori lucido dat esse; Deinde pro eo à quo luminosum corpus principaliter, est actiuũ; Tertiò pro fulgore habente esse circa corpus luminosum, quod sequitur lucis existentiam in tali numero, & est etiam sensus obiectum, operationisq; instrumentum, & sic accidentale complementum. At dubitabitis dicentes, ex quo de luce, hic sermo, lucis actus, quotuplex? Responderi potest ad hoc; quod triplex, vt Seraphicus Doctor Bonauen. lib. 4. d. vltima Art. 1. 1. testatur, verbi gratia: Manifestare: Dirigere, & delectare. Verùm sciatis velim, quòd in proposito, non est sermo de luce finita, & creata, at de infinita, & increata Diuinæ essentiæ, ideo dicebatur. O' lux beata Trinitas, &c. *Quid lux.* *Dub.* *Sol.* *Lux dupl.*

Conditor almæ syderum.



MNES homines, vna cum Ecclesia sancta, hymnum præsentem, hylari vultu canere deberent, eo quia de Christi aduentu, siue incarnatione hic agatur, qui Christus, de honestissima, est egressus Virginis Mariæ clausula, & vt sponsus de talamo suo, cui cælestia, terrestria, & infernalia subdita, vt hic, est videre, dum dicitur: Conditor almæ syderum, & hæc de hymni huius materia, pauci s. Nunc agamus de explanatione versuum, ita dicentes: O' Conditor almæ syderũ, idest stellarum; ò Aeterna lux credentium, idest fidelium Christianorum; ò Christe Redemptor omnium hominum, exaudi quæso preces supplicum, idest supplicantium; Qui condolens interitu, idest fortiter dolens perire seculum, idest homines seculares, mor- *Hymni materia.*

 tis

tis scilicet interitu, hoc est pæna infernali: saluasti mundum languidũ, ideſt de poteſtate Diaboli, mundum in peccatis infirmum liberasti, donans reis remedium, hoc est peccatoribus, tui sanguinis redemptione. Vergente mundi Vespere, hoc est voluntate vergente, Vespere, ideſt in mundi fine. Vti sponsus egressus de thalamo, siue cubiculo vxoris, amore plenus, ita Dei filius ab honestissima clausula, ideſt Ventre honestissimo Virginis Mariæ, mundi plenus dilectione. Cuius forti potentiæ, ideſt Christi, genu curuantur omnia, ideſt flectuntur, illum laudando, cælestia, ideſt Angeli, terrestria, ideſt homines, fatentur subdita, ideſt ipsi Christo subiecta, nutu scilicet, hoc est sponte, siue ad voluntatis actum suæ, omnia nanque Christo obediunt. Te ergo deprecamur Agie. i. ò Christe sancte, venturæ Iudex seculi, qui iudicaturus omnes, conserua nos in tempore, ideſt in hac vita præsenti à telo perfidi hostis, siue à sagita perfidi inimici. Verum quia Deus misit filium suum in mundum, vt nos redimeret, propterea, in hunc modum ipsi dicamus gratias. Laus, honor, virtus, gloria, Deo Patri, &c. Amen. ò fælices illi qui in diuinam laudẽ, ora soluunt sua; Nam sic, Dei magnam clementiam, nec non omnipotentiam suam experiri dicuntur; Ipse enim est, qui nos ab hoste antiquo, saluat, munit, & protegit. *Notan.* Hic aduertendum, quòd ante Christi aduentum, genus humanum, in triplici miseria, erat constitutum; Nam Primò, à facie Dei proiectum, propter Adæ peccatũ; Deinde, Diabolo subiectum; Tertiò, quia diu expectauerat Christum, & non veniebat. At cum iam venerit, idcirco, ne tantus labor sit Cassus, vt nos conseruet, humiliter deprecemur ita fantes. Te deprecamur Agie, venture iudex Seculi, conserua nos in tempore, hostis à telo perfidi.

Not. Hic notetis, quòd Agie, græcum vocabulum est, &

idem

idem est, quòd Sancte; Græci habent Agios in nominatiuo singulari, Latini verò mutant syllabam os in vs,& proferunt Agius in eodem casu. Vnde in vocatiuo singulari masculini generis, formatur Agie .i. Sanctæ, & hæc pro præsenti.

Conditor alme syderum. De Christi incarnatione.



NACTVS occasionem ex verbis prædeclarati hymni, animi mei vehemens, est applicatio ad tractandum de incarnatione Christi, vbi tria faciam; Nam primò quod quid est incarnationis tangam; Deinde, quod quid est incarnari; Demum, incarnationis congruitates, siue rationes. Quò ad Primum, dico, quòd incarnatio, nil aliud est, quam humanæ naturæ assumptio, & ideo dicitur incarnatio respectu carnis assumptæ, sub quo sensu D. Greg. loquitur dicens: Carnem Deitas, mediante anima, suscepit. Hinc D. Io. Verbum caro factum est; vbi per carnem totus homo habet intelligi. Hic notetis velim, incarnationem tribus accipi posse modis; Primò, actiuè, & ita verbo Dei competit, quod sibi carnem humanam vniuit; Secundò, passiuè, & ita carni vnitæ ascribitur; Tertiò, actiuè, & passiuè simul videlicet pro ipsa vnione humanitatis ad verbum Diuinum; Num verò verbum incarnari, fuerit necessarium, nulli dubium, tum propter humanæ naturæ reparationem; Tum, etiam propter vniuersi, perfectionem, & hæc de secto Primo; Nunc quid sit incarnari audite; Nã nil aliud est, quã terminare dependentiam supposi- talem

Quid incarnatio.
D. Greg.

Not. de incarnatione.

Quid incarnari.

talem naturæ assumptæ, ex quo sequitur, quòd incarnatio nō est vnio humanæ naturæ ad Christi personam, ita vt Christi persona fiat, Nec est, quòd quis vestrum opinari velit incarnari, esse quoddam pati, cum hoc minimè verum, sed est terminare tantum dependentiam naturæ assumptæ. Vnde verbum minimè pati dicitur, at bene natura assumpta. Et licet incarnari, & incarnare, secundum vocem habeant se, vt actiuum, & passiuum, non tamen secundum significationem, ad aures subtilissimi Doctoris Scoti, & Gabrielis. At tanquam ab alta specula, video vos dubitare posse, cognoscendi gratia, discrimen repertum inter incarnationem, Animationem, & humanationem, in hoc cælesti Mysterio. Doceo idcirco vos ad votum guil. imitatoris Scoti, hanc esse differentiam, quòd incarnatio respicit carnem assumptā, animatio verò solet dici respectu animæ vnitæ, vt scitè admodum docet D. Aug. ad volusianum; Humanatio autem, respectu hominis assumpti, siue humanitatis assumptæ, licet hæc tria secundum glosam super illud Io. Verbum caro factum est, quandoque pro sola incarnatione capiantur. Superest tertiò, vt agamus loco, de incarnationis congruitatibus, quæ ad mentem D. Bonauen. lib. 4. C. 11. tres esse dicuntur, vel saltem ad tres reducuntur, licet plures, sint vt est videre apud Gersonem parte iiij. & latius apud Lexicōn Theologicum, & Rayn. pag. 272. Cap. 38. Hæc interim satis.

Dub.

Sol.

D. Aug.

D. Bon.

Gerson.

Verbum

Verbum supernum prodiens.



QVAM dignus, sit præsens hymnus, Nobilissimi Auditores, ex dicendis, luce clarius vobis apparebit; Nam hujus materia, considerationi nostræ subiecta, est de Christi aduentu, qui in Vtero Mariæ Virginis, est de Spiritu Sancto incarnatus, descendens à Patre luminum, vt in præsenti, est videre, dum dicitur, Verbum supernum prodiens, quod est dictu, ò filij Dei, te ineffabiliter manifestans, nec non miraculosè mundo, dum exiens olim à Patre, quando de matre, es incarnatus, & visibilis factus, qui (prius nobis inuisibilis) subuenis, siue succurris orbi, idest Mundo iam perdito, cursu decliui temporis, hoc est diluuij; Illumina nunc quæso pectora, idest modo corda, tuoq; lumine concrema, idest amore tuo, ac gratia accende, & inflamma, audito, vt præconio, videlicet Prophetarum, qui Christum esse venturum prænuntiarunt; Sint pulsa tandem lubrica, hoc est à cordibus nostris pulsa, Iudex cum post aderis, idest cum in fine mundi, iudex eris, rimari facta pectoris, hoc est ad inquirenda peccata cordis, & nostri corporis, redde vicem pro abditis, tunc enim mercedē reddes vnicuique, siue meritum pro peccatis factis, iustisq; Regnum pro bonis æternum, operibus, quæ ipsi fecere in vita præsenti; Nec mirum, Deus namque iustus Iudex, vnicuique reddet, secundum opera sua. Rogandus itaque Deus, ne demum arctemur malis, idest finaliter, siue ad vltimum, malis (inquā)

Materia Hymni.

astrin-

astringamur operibus, puta ad mala opera faciendũ, pro qualitate Criminis, idest pro magnitudine peccati, sed cum beatis cõpotes, idest simul sanctis tuis, simus perennes cælibes, idest cælorum hæredes. Nõ sit ergo vobis vanum surgere mane ante lucẽ ; Nam Deus coronam promisit vigilantibus. Vt ergo in primo, nos visitauit aduentu per suam incarnationem, ita in suo secundo aduentu ad iudicandum, nos benignus, saluos facere dignetur; Non enim hoc verbum ab antiquis Patribus tantopere desideratum, seculare est, aut tẽporale, quemadmodum nostrum, sed supercæleste, & Diuinum. Vnde Vates, de ipso ait: in æternum Domine verbum tuum permanet in Cælo. Hoc licet prius nobis foret inuisibile, nihilominus, est factum visibile per suam incarnationem. ô ergo verbum supernum prodiens, & te ineffabiliter manifestans, olim à Patre exiens per humanæ naturæ assumptionem. Qui etiam de matre natus, subuenis orbi perdito, hoc est hominibus in manu Diaboli captiuis existentibus, in cursu, & plenitudine temporis, proni quidem, ac declinati, ad finem seculi, ne tenebras nostras ad vindictam corrigas, ex corde, te oramus, ne infernali carceri, pro qualitate criminis, digni videamur mancipari, sed remissione accepta per pænitentiam, cum beatis loco illo collocari, vbi æternaliter viuitur. Quòd facillimè obtinebimus ab ipso, dum illuminati, fuerimus prius. Amen.

†

Verbum

Verbum supernum prodiēs. Quid Christus vigilantib us sit polllcitus.



ENEDICTVS Deus in donis suis,& Sāctus in omnibus operibus suis, qui bene operantibus, vitam æternam, est pollicitus, iuxta illud Matt. xxv. Venite benedicti Patris mei,&c. Magna equidem, Dei electorum futura consolatio in Die illa iuditij,at reprobis,valde amara. Vt enim Christus, bonis dicturus, venite Benedicti,malis non secus per oppositum, ite maledicti in ignem eternum. Væ igitur malum operantibus, quia Dei maledictionem consequentur, & boni benedictionem; Mali igni infernali tradentur, boni verò introducentur in Cælum; Mali pro Patre, Diabolum habebūnt, at boni, Deū, & ita ibunt hi in supplicium æternū, boni autem in vitam æternam; Vbi pax sine ira; Sanitas absque dolore; Gaudium sine tristitia; Vita denique sine morte. Quot Domini angustias, atque supplitia in Die iuditij experientur reprobi? Qui sursum respirientes, iudicem iratum videbunt; Boni autem valde benignum; Si deorsum,ibi paratū videbūt infernum; Si à dextris, Sanctorum congregatio apparebit,à qua mali, erunt seclusi; Si à sinistris,ecce Dæmonum multitudo apparebit; Si extra, mundum ardere intuentur; Si intus,ecce synderesis illos cruciabit ob patrata scelera. Vnde coacti, sunt dicturi, montibus, & lapidibus iuxta illud Apoc.x. Cadite super nos, & abscondite

Matth. 25.

Malorū præmiū, & bonorum.

Apoc. x.

Q nos

nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni, quia tunc temporis, amplius non erit locus pænitentiæ, sed finalis pænæ. Vnde Apoc. x. dicitur. Iurauit Angelns, post hoc tempus, non erit tempus amplius, videlicet pænitentiæ. Hinc Hieremias xiiij. dicere consueuit; Noli orare pro Populo isto in bonum, quia gladio, fame, & peste consumam eos. Dum itaque tempus habemus, peccatorum nostrorum quæso pænitentiam agamus, vt iustorum numero Dei, ascribamur. Qui (vt vos non præterit) quibus similes, ratione effectuum nuncupantur, & dicuntur à Domino, vt legere, est Matt. x. Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum; Rursus, alibi statuet oues à dextris, hędos autem à sinistris. Cur autem ouibus, iusti similes esse dicantur, audite; Nam vt oues fructum multum afferunt, ita boni bonas operationes faciunt; Insuper, vt oues sunt mansuetæ, ita, & iusti; Deinde, oues vt patientes, ita, & iusti; Præterea, vt oues pascunt Dominos suos, & vestiunt, non secus iusti, Christi pauperes cibant, & vestiunt. Valde ergo mirabilis erit iustorum lætitia in Die illa iuditij extrema, ideo rectas facite semitas eius, & studia bona, quia vt boni, bonũ indefitiens in fine mundi possidebitis. Hæc satis.

Ier. 14.

Matth. 10.

Aurea similitudo.

Vox clara, ecce, &c.



SI memoriæ tradidistis vestræ, Christum, à Patre per incarnationem in mundum venisse dicebamus, quam Antiqui Patres incredibili desiderio flagrabant in tenebris existentes, & ideo ad hanc veritatem in presenti detegendam, vna cum Eccl. Sanctam in vocem hanc

prorumpemus ita dicentes. Vox clara, ecce intonat &c. quorum verborum hic sensus. Christi concio, siue prædicatio, vel Io. Baptistæ Præcursoris, intonat, siue sonat, ac prædicat pęnitentiam, obscuraque increpat, idest reprehendit peccata omnia, tam mortalia, quam venialia, quæ (licet diuersimodè) hominem, quatenus reddunt obscurum, obscura dicuntur. Pellantur propterea eminus somnia, hoc est vana, ac inutilia peccata, eminus, idest à longè, quia Christus ab æthere promicat, idest de cælo fulget. Mens idcirco nostra iam resurgat torpida, quę scilicet, prius erat pigra, hoc est à vitijs, atq; peccatis expergiscatur, quæ sorde extat saucia, idest sautiata, sordibusque siue peccatis vulnerata. Iam sidus refulget nouum, idest Christus in mundo, qui prius non apparuit, sicut modo per suam incarn. & ideo fulget, siue splendet, vt tollat omne noxium, hoc est gratia sua, omne remoueat nociuum peccatum. An hoc verum, audite, quod subditur. Esursum Agnus mittitur, idest Deorsum Dei filius à Patre de Cælis laxare gratis debitum, hoc est parcere, atq; condonare peccatum. Nos interea loci omnes pro indulgentia, vocem demus cum lacrimis, idest peccata cõfiteamur nostra, secũdo vt cum fulserit, idest Agnus iste in Die Iuditij aduenerit, mundumq; horror cinxerit, & pauor, idest timor, mundanos homines, non pro reatu puniat, idest mundum, siue nos pro peccato damnet, sed pius, tunc protegat, à Diaboliq; potestate defendat. Eia ergo Auditores Nobilissimi, vt tuba Euangelica, nos ad virtutes excitat, à vitijs surgamus, & à torpore peccatorum, eorumque veniam quæso postulemus, vt cum venerit Dominus iudicare mundum in iustitia, & æquitate, saluet nos, & à morte æterna protegat. Vnde vox clara, ecce intonat, idest vox Domini, qui ad saluandum venit, qui-

Quæ hymni materia.

Quid eminus.

Redditur ratio.

Quid per Agnum.

Quid nobis agendum.

que nos ad frequentanda Sacramenta nouæ legis vocat, vt per ea, scelera cuncta, & peccata propella-
Psal. 28. mus. Vox (inquam) Domini super aquas, vt Psal. ait. Per quam vocem baptismum instituit, ad quem vocamur, vt à delictis nostris mundemur. Est etiam vox Domini in virtute, per quam confirmationem constituit, in qua nobis virtus, ac robur datur ad resistendum Diabolo, & contra ipsum pugnandum. Est insuper vox Domini in Magnificentia, constituẽdo Eucharistiam, quod est Sacramentum magis magnificum, & nobilius, & vox ista, nos vocat ad Domini mensam, vt per eam vitia pellamus. Est etiam Christus, vox confrigentis cedros, pænitentiæ Sacramentum constituendo, per quam vocamur, vt cõfringamus Dæmones, & capitalia vitia septem. Insuper, vox intercidentis flammas ignis, constituendo Matrimonium, ad quod vocamur, vt in nobis extiguatur, excutiaturque flamma libidinum. Vlterius, dicitur vox concutientis, & commouentis desertum cades, extremam vnctionem cõstituendo, quæ vox intonat, & nobis prædicat, vt per Sacramentum istud submergamus peccatorum reliquias, & trasmutemur ab hac vita mortali in vitam æternã. Deinde, vox Domini, est præparantis ceruos, quæ constituit in Eccl. Dei Sancta, Prælatos, & Sacerdotes per ordinis Sacramentum, vt sibi iugiter, sint Sacrifitium nouum, & laudis, offerentes. Denique, est vox clara, eo quia lucem claram, & Diem, idest legem suam nouam induxit, quæ dum fidelibus prædicatur, vt tuba altissona, nostris intonat auribus, & tenebrarum opera damnat. Quare pellenda somni à nobis in peccato inertia, quia in terris, iam Christus emicat, tanquam nouum, & salutare sidus exortum in tenebris, vt tollat, auferat, atque propellat peni-
Ioan. 1. tus, peccata à nobis, iuxta illud Euang. D. Io. 1. Ec-

ce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Non igitur de nostris debemus desperare peccatis, quia ecce vox clara intonat, idest Christus, ad pænitentiam vocat, cui laus, honor, & gloria, in seculorum secula. Amen.

Vox clara ecce, &c.
De lege noua.



D omnium vestrum vtilitatem hodierna die de lege noua verba facturus, pro vberiori notitia dictorum, vobis quatuor enodabo; Primò, quòd sit lex charitatis docebo; Secundò, quòd perfectæ libertatis; Tertiò, quòd facilior ad seruandum, quam vetus; Quartò, & vltimo, quòd iustificat. Quantum ad primum secundum Apostol. Colossen. 3. hæc verba leguntur: Super omnia autem hęc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis in signum, quod sit lex charitatis. Num verò perfectæ libertatis, audite; Nam Iacobi extat authoritas primo, quæ est; Qui perspexerit in lege perfectæ libertatis. Vbi per legem, gratiæ legem intelligere debetis. Insuper, dici solet lex libertatis, eo quia liberat à seruitute horroris, idest peccati. Quò ad sectum tertium, D. Tho. p. 2. q. 7. art. 4. docet expresse nouã legem, siue Euangelicam, ad seruandum fore faciliorem. Namq; Matth. 11. sic dicitur. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego refitiam vos. Venite ait Dominus ad me, non pedibus, sed moribus, ait Remigius; Venite, non corpore, sed fide, idest spirituali accessu; Venite ad me, non locis, sed meritis, iugum enim

Coll. 3.


Iac. 1.

D. Tho.

Matth. 11.

enim meum suaue est, &c. & hæc de segmento tertio. Accedit quartum & vltimum in ordine, vbi vidêdum, num lex iustificet. Mihi certè apparet, quòd
Rom. 3. sic; Nam Rom. 3. inquit Apost. scimus quoniam ex operibus legis (quales erant cærimoniæ, & figuræ) non iustificabatur omnis caro, idest omnis homo carnalis siue carnaliter viuens, lex ergo noua iustificat, quod vetus lex non faciebat. Deinde, nonnè lex noua gratiam gratum facientem potest conferre? igitur, & iustificare potest. His accedit, quòd lex noua, est fedus nouum, lex verò vetus, totum se habet in oppositum. Prætereà, lex vetus fundata erat in sanguine, belluarum, at lex noua in sanguine Christi; Vlterius lex vetus, terrena promittebat, at noua, cælestia; Lex vetus Adæ desperationem ostendit, at noua reparationem factam per Christum; Lex vetus, faciebat cognoscere se ipsum, at noua ipsum Deum; Deinceps, in lege veteri erat Adam vetus, at in noua, Adam nouus, idest Christus, quem rogare, debemus, vt tanquam vox clara, nos retrahat à malis. Amen.

Veni Redemptor gentium.



OMINE Dominus noster, si mihi, vt consueuisti faueres; libentissimè hodierna die, de mirabili filij Dei incarnatione in vtero Virginis Mariæ, cum sine humano semine, at diuina inspiratione, sit incarnatus ipse, verba facerem, nactus ex verbis hymni præsentis occasionem dum dicitur. Veni Redemptor gentium. i. ò Redemptor populorum, veni quæso in mentibus nostris, ostendeque, nec non demonstra

Hymni materia est Dei

ſtra partum Mariæ Virginis: mireturque omne ſeculum, ideſt ſeculares omnes, quoniam Virgo Maria, concepit, ac peperit Dei filium, ex Sancti Spiritus virtute, qui partus decuit Deum, eo quia miraculosè, & ex Dei potentia, & ideo ſubditur; Non ex virili, ſemine, hoc eſt, non per ſemen, vel hominis corruptionem Chriſtus, eſt incarnatus, at myſtico ſpiramine, ideſt ſecreto, Sancti ſpiritus, Verbum Dei, hoc eſt filius.i. Chriſtus, factum caro.i. homo factus. Fructuſque ventris floruit.i. Virginis Mariæ Chriſtus, qui fructus, creuit, ac floruit, ſicut flos dum almus tumeſcit Virginis.i. virtute Sancti ſpiritus, ingroſſatur. Clauſtra deinde pudoris permanent, quia Virgo Maria ante partum fuit Virgo, & poſt partum, ita vt membra eius, nullo modo corrupta. Vnde vexilla virtutum micant, ideſt Chriſti miracula, quæ in ſua natiuitate, apparuere, vt ſtellæ apparitio nouæ, aliaque virtutum miracula, quarũ Deus, vexillum, & ideo micant, ac fulgent. Verſatur in templo Deus ideſt interim moratur, ac permanet in templo, hoc eſt Virginis Mariæ verbum; Vel ſic verſari dictus eſt in templo, quando à Symeone viro iuſto, in templo, eſt ſuſceptus. Procedens ergo de thalamo ſuo Chriſtus.i. exiens de Virginali, vtero, qui locus fuit caſtitatis, pudoriſque. Aula regia hoc eſt de cubiculo pudoris.i. caſtitatis, geminæ gigas ſubſtantię, eo quia Deus, & homo. Gigas quoque dictus; Nam vt gigas, fortis, & potens, magnuſque, ita Chriſtus, fortiſſimus, Maximus, & potentiſſimus; Alacris vt currat viam, huius mundi namque viam cucurriſſe, eſt dictus, quia patris ſui voluntatẽ fecit Chriſtus; Alacris quoque ſiue gaudens Chriſtus viam cucurrit, dũ de mundo iſto, cum victoria fuit ad Patrem, ſuum debellando inimicum, & expoliando infernũ. Egreſſus verò à Patre, quando Matris Virginis Mariæ ventrem


admirabilis in Vtero Virginis incarnatio.

Verſari in templo quid.

Cur gigas Chriſtus.

trem intrauit; Regreſſus verò eiuſdem ad Patrem, quando in Cęlum aſcendit; Excurſus autem vſque ad inferos, iuxta illud, deſcendit ad inferos; Reuerſus, ad Dei ſedem, dum ſedet ad dexteram Dei Patris,cui ſecundum diuinitatem æqualis. Tu ergo Domine Ieſu Chriſte,qui Patri æqualis, carnis tropheo accingere quæſo,ſiue carnis victoriam induere, infirma noſtri corporis, virtute firmans perpeti,ideſt, virtute tua perpetua,corporis noſtri vitia,infirma; Præſepe iam fulget,quia quando Chriſtus natus, fuit in Præſepe,noxque iam ſpirauit,nouumque Chriſti lumen,nobis donauit. Quare nulla nox interpellet ſiue hæreticorum obſcuritas, fidem obtenebret Catholicam, at fides ipſa chatolica iugi, hoc eſt luceat ſemper contrą hæreticos maledictos, Chriſtum carnem humanam,aſſumpſiſse,negantes. O' infęlices, ò miſeri, ò ſuſurrones, ò detractores, nunquid iuſtitiam Dei effugietis? Certè non quia nullum bonum irremuneratum, nullumque malum impunitum.

Da ergo Domine Deus,fortitudo noſtra, & Refugium noſtrum, vim, ac virtutem reſiſtendi tenebris, & aduerſario potiſsimum, vt debitas tibi gratias,non quas debemus, ſed quas, poſsumus mente ſerena reddere valeamus. Amen.



Veni Redemptor gentium.
De mirabilibus Christi.



NTELLECTV nostro, speculari volentes, omnia signa, & facta in testamento veteri, dico facta Sanctis Patribus, desiderantibus intueri, atq; videre, vetera in noua mutari, vix verbis exprimi poterit à nobis; Verùm promissis, vt stemus rem ipsam in hunc modum aggrediemur, dicentes.

1 Mirabile quidem fuisse, quando Deus, de terra Virginis primum formauit hominem;

2 Mirabile quoque, quando sola altissimi virtute Christum nasci de Virgine, Deus voluit. Vnde ab Isaia dictum fuit: Ecce Virgo cõcipiet, & pariet filiũ; *Isaias.*

3 Mirabile deinde fuit, quando homo ad Imaginem, & similitudinem Dei formatus fuit;

4 Insuper mirabile, quòd Virga Aaron, quę prius arida, flores, folia, & fructus produceret.

5 At multò magis mirabile, quòd Virginitas, rore Sancti Spiritus fęcundauerit, sine virili semine;

6 Mirabile, quòd Christus Princeps Sancti Spiritus virtute, Mariæ Virginis vterum, sit ingressus;

7 Mirabile vlterius, quòd Christus lapis Angularis, sit factus;

8 Mirabile, quòd Israel Populus, per manus Moysis à Pharaonis potestate, sit liberatus;

9 Mirabile, quòd genus humanum à seruitute Diabolica, sit liberatum;

10 Mirabile, quòd Pharao cum suo exercitu, fuerit submersus;

11 At multò magis mirabile, quòd Diabolus cũ omnibus vitijs suis, in baptismate, vim suam amiserit penitus;

12 Mirabile, quòd Deus filijs Israel in deserto mã na dederit;

13 Mirabile, quòd Altaris Sacramentum, instituerit;

14 Mirabile, quòd Christus, mortem, moriendo destruxerit;

15 Mirabile, quòd in Synai monte apparuerit. Quare iure merito, in superioris hymni initio, dictũ fuit: Veni Redemptor gentium, qui mirabilia fecisti, inter quæ, hoc vnum, quod Virgo Maria permãserit Virgo ante partum, & post partum. Cuius conceptus, mirabilis multũ, eo quia non modo *naturali*, hoc factum, sed supernaturali, & hæc pro præsenti. Qui plura, de Christi mirabilibus videre desiderat, Sebastianum Fanensem legat discursu decimó octauo, pag. 29. vbi perpulchra cõsiderationeq; digna, de Christi mirabilibus, videbit. Hæc intantum.

Sebast. pag. 29.

Christe Redemptor omnium.



ILLVSTRATVRVS hymnum præsentem, trigesimum secundum in ordine, materiam primò, siue rẽ consideratam ponderabo; Insuper, ad hymni explanationẽ festinabo. Quò ad primum, hymni materia, hæc est, filium Dei præcari, vt præces nostras exaudire dignetur, & à peccatis nos liberare, vti dignatus est pro nobis carnẽ humanã assumere, ad pugan-

Materia hymni.

dum contra generis humani hostem, vt in præsenti est videre, dum dicitur. Christe Redemptor omniũ ex Patre Patris vnice, quod est dictu. ò vnice, siue Patris vnigenite, ex Patre per modum naturæ in Diuinis procedens; Tu solus ante Principium; Tu solus ante mundi constitutionẽ, ideo tu natus ineffabiliter .i. miraculosè, quia nemo potest dicere, nisi qđ Christi incarnatio miraculosa fuit. Tu lumen, tu splendor Patris, .i. ò Christe, qui es lumẽ, quia mundũ illuminasti, & illuminas; Tu splẽdor Patris, qui à Patre procedis, vt paulo ante dixi; Tu spes perẽnis omniũ, hoc est fideliũ omnium Christianorũ perpetua, intende, quæsumus, quas fundũt præces tui per orbẽ famuli. Intendere (Auditores Nobilissimi) nil aliud est, nisi audire, & exaudire præces, siue orationes, quas fundunt, ac spargunt per mundum famuli, & ideo dicebatur paulo ante, intende, quas fundunt præces, &c. Quod hoc autem facere debeat, nobis videtur, quia carnem humanam assumpsit, ideo subditur: Memento salutis author, idest recordare, quod pro quia sumpseris, idest sumpsisti quõdam corporis, hoc est olim formam humanitatis, nascendo ex Virgine illibata, hoc est non corrupta. Sic, pręsens testatur dies, tuæ scilicet natiuitatis testimonium, currẽs per anni circulum, talis etenim Dies, per vnumquemq; annum ex corde celebratur, quòd solus à sede Patris, mundi salus adueneris, hoc est quia tu solus à sede Patris Mundi salus adueneris. Hunc verò Cælum, terra: hunc mare, stellaque noua, quæ in huius natiuitate apparuit: Vel cælum, idest Angeli, qui cantauerũt in natiuitate Christi dicẽtes, gloria in excelsis Deo, &c. diem hunc summis laudibus extollunt .i. Redemptorem; Terra quoque, hoc est Pastores, hunc laudant; Mare, idest Magi, qui muneribus, siccisq; pedibus mare calcauere, laudant; Hunc deinde, omne,

Quid sit intendere.

Quid per Cælum.

R 2 quod

quod in eis est, ideſt omne, quod in cælo eſt, in terra, & mari, authorem, vel Patrem, tui aduentus laudant, laudanſque exultat cantico, hoc eſt gaudens hymno, & laude, te laudat omne. Nos quoque, qui Sancto tuo, redempti ſanguine ſumus, concinimus, ideſt nouum hymnum cantamus; ob Diem Natalis tui, hoc eſt tuæ natiuitatis. Hic ſciatis velim, Christi triplicem dari natiuitatem; videlicet æternam; temporalem, & gratuitam; Reſpectu primæ, Chriſtus habet Patrem ſine matre; Reſpectu ſecundæ habet matrem ſine Patre; Reſpectu tertiæ, habet vtrũque .i. Patrem, & matrem iuxta illud Euang. Quicunq; fecerit voluntatẽ Patris mei, qui in Cælis eſt, hic eſt, frater meus, &c. Cantemus igitur omnes hymnum hunc in Chriſti honorem, nec non in Lætitiam ſuæ magnæ diuinitatis; Nam diu expectatus, venit tandem, vt nos ſua ineffabili miſericordia, redimeret, & à nobis tenebras propelleret, qui ſolus genitus ante temporum principium, & mundi exordium, iuxta illud Propheticum. Gener. eius quis enarrabit? Nam antequam Mundus ſubſiſteret, aliud genitum minimè erat. Vnde Pſal. 89. dixit:

Tripl. natiuitatis.

Pſal. 89.

Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis, à ſeculo, & vſque in ſeculum, tu es Deus, cui honor, & gloria, in ſeculorum ſecula.
Amen.



Chri-

Christe Redemptor omniũ.
De Christi sequela.


E modo quærendi Christum, eiusq; sequela, acturus hodie, recedam minimè à sanctis Mulieribus, de quibus fit sermo in Die Resurrectionis Domini nostri, vbi clarè apparet, quòd Christum Nazarenum, & crucifixum, valdè manè quærebant; Nazarenum dico, idest floridum, & triumphatorem, etiam crucifixũ, in signum, quòd non solum floridum, sed etiam crucifixum, quærere, ac sequi debemus. Vnde ipse ait. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequatur me. Rursus alibi dixit. Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Volens igitur quærere Christum, crucem debet ipsius considerare, suam deinde accipere, & ita Christum sequi. Hoc namq; potissimum medium, est cum per multas oporteat tribulationes Regnum cælorum ingredi. Hinc Paulus Apostol. ad Gal. 6. crucis Christi amore affectus, dicebat. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, &c. O' quæ gloria, quiuè triumphus, est christicolæ, sequi Christum? Andreas crucis amore allectus, pro Christi nomine, capite deorsum crucifigi non curauit. Diuus quoq; Laurentius lapidatus pro Christo fuit, & pro lapidantibus orauit, & ita patet, quo modo via crucis, Christum sequi valeamus. Qui, vt Saluator noster dicebat: Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est Regno Dei. At hic scire debetis, quòd crucem Domini, sola fide portare, nõ sufficit,

Quid per Nazarenum.

Ad Gal. 6.

Crucem portare non sufficit.

sufficit, quę homini licet necessaria, sine operibus tamen, est mortua. Vnde Apost. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. ò homo, nonne vides, quòd illi, qui tendunt ad bellum, nil aliud pro scopo, nisi honorem, & gloriã habent? multo magis christicola afflictiones multas ferre deberet ad filij Dei titulum acquirẽdum. Quis insuper, merces exercere valet absq; periculis, & tribulationibus? ita nos pręmia ęterna consequi minimè poterimus, sine tribulationibus, & Christi Cruce; Nam vt in ira, mansuetudo exercetur, liberalitas in auaritia, Castitas in carnis tentatione, non secus in Christi Cruce virtus. Ipsa namque Crux Christi, virtutum est custos, & propriæ fragilitatis nostræ cognitio, à qua deinde humilitas oritur. Purgat insuper peccatorum nostrorum maculas omnes, vt ignis aurum, & argentum. Est etiam maioris meriti occasio. Et vt vinum priusquam vua fuerit expressa, in lagenam minimè mittitur, nec panis fit ex tritico, nisi contritum prius, ita fidelis vitam nullo modo æternam poterit possidere, nisi tribulationibus fuerit prius subiectus, & cruci Domini nostri Iesu Christi. Vnusquisque ergo nostrum, crucem sumat suam, & quærat Iesum Christum, non solum triumphatorem, verùm etiam Crucifixum, hoc etenim modo, vt floridus, vt triumphator, vt gloriosus, vt saluator, omniumque Redemptor, inuenitur. Verùm dubitabitis dicentes, si Christus omnium foret, vt in initio hymni huius diximus, Redemptor, proculdubio, redẽpti fuissent omnes, at non sic, non igitur omnium Redemptor, dici debet. Quod autem non omnes redempti, patet, quia non omnes Christi crucem, siue eius receperunt passionem. Huic difficultati doceo vos in hunc modum satisfacere per hanc distinctionem, videlicet, Christum omnium fuisse, & esse Redemptorem,

Christi crucis virtus.

Dub.

Sol.

rem,

rem, duobus accipi posse modis, vel sufficienter, vel efficaciter. Si primo modo omnium Redemptor dicitur; Si secundo modo dicitur quòd non omnium Redemptor, & hoc ex defectu nolentium, non autē Christi. Hæc satis.

A solis ortus cardine.

AVDIVISTIS in superiori sermone, siue cantico, Cęlum, terram, mare, & omne, quod in eis est, Deum prædicare, laudare, & præconizare; Consequenter nunc tractandum de puerpera, quæ Christum ipsum, est enixa, his verbis. A solis ortus cardine, &c. quorum verborum sensus est. Ab ortu solis, siue ab origine. i. ab oriente vsque ad terræ limitem. i. ad occidentem, canamus hylari fronte, Christum Principem. i. Regem regnantem laudemus, natum Maria Virgine, idest de Maria Virgine. Iuremeritò laudibus ipsum extollere debemus, quia ipse beatus auctor, seculique. i. mundi huius, vt sæpe sæpius diximus, factor. Qui seruile corpus induit, nec præsepe abhorruit, vt carne carnem liberans. i. vt sua carne, carnem nostram liberaret, & hoc, ne perderet quos condidit puta homines, quos creauit. Castæ parentis viscera, hoc est verè inducit, siue carnem nostram assumpsit, quia cæleftis. i. Dei filius gratia intrat viscera, hoc est membra castæ parentis, Mariæ scilicet Virginis, & sic venter puellæ baiulat. i. secreta, quæ non nouerat Cælestia, portat. An hoc verum, quæso audite; Nam Angelo ipsa dixit. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, & incognita propono? Vnde Domus pudici pectoris, hoc est venter casti cordis,

Quid sit hymni materia.

sti cordis, templum repente, fit Dei, hoc est venter Beatæ Virginis Mariæ, citò idest in instanti fit habitaculum filij Dei; intacta, tamen nesciens virum, puta per carnis coniunctionem; Nam incorrupta permansit, & ita verbo, scilicet Dei, concepit filiũ, quando Angelo ipsa dixit: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, & ita statim Christi corpus, virtute Sancti spiritus, cum membris omnibus, ex anima, & corpore formatum. Hinc canitur. Enixa est puerpera, quem Gabriel prædixerat, idest illum peperit, quem Io. aluo clausus, gestiens. i. gaudens aluo matris Helisabet senserat, quando Maria Virgo visitauit Helisabet, iam enim Christus in vtero Mariæ Virginis, conceptus, cui Helisabet facta obuiam, dixit: Vnde hoc mihi, vt Mater Domini ad me veniat? O Christi post hęc quæ diximus ineffabilis humilitas; Nam fæno iacere pertulit, præsepeque non abhorruit, siue repudiauit; Paruo quoque lacte, pastus est. i. modicò Virginis Mariæ lacte, Christus, est nutritus, per quem vt puta Christum, nec Ales esurit. i. nutrix siue Beata Virgo esurit, nec famem patitur, sed bene gaudet, quia Christus natus, Angelorũ chorus, scilicet cælestium spirituum; Angeli namque canunt Deo. i. quando Christus natus est, gloria in excelsis Deo, & sic Pastor Creator omniũ Christus, fit palam Pastoribus. i. manifestus, quando dixit Angelus, Annuntio vobis gaudium magnum. Quare, cum chorus, siue multitudo militiæ cælestis, gaudio magno gaudeat, & Angeli, hoc est Troni, Dominationes, & potestates, Deo gratias referant, pro tanto benefitio collato, ita nos cõcordare debemus inquantum possumus, vt Deus ipse, Eccl. triumphanti, nos incorporet, vt Eccl. militanti per Sacramentorum participationem, actu incorporat. Hæc satis.

A SO-

A solis ortus cardine. De lætitia Natiuitatis Christi.



DE gaudio acturus, quod nobis attulit festum Natiuitatis Domini nostri Saluatoris à verbis recedam minimè Papæ Leonis, ita dicentis. Nec fas est, ibi locum esse tristitiæ, vbi Natalis, est vitæ. Ideo Angelus dixit Pastoribus. Ecce Euangelizo vobis gaudium magnum, &c. certè gaudium, quod Gabriel Angelus de Christi Natiuitate, nunciauit, magnum, quia natus est nobis Saluator mundi, qui est Christus Iesus. Vnde terrigenæ non solum, verùm etiam cælestes spiritus gauisi sunt dicentes, Gloria in excelsis Deo, &c, Hodie namque de Cælo lux orta est; Hodie per totum mundum melliflui, facti sunt Cæli. *Cur gaudium magnum.* Chrys. Sanctus idcirco dicere consueuit. Gaudere debet quilibet iustus, eo quia suæ iustitiæ remunerator, sit natus. Gaudeat quoque, qui de suis, est contritus peccatis, quia ac nocte, Christus natus est, qui ad contritos saluandum, venit. Si Virginis Mariæ Natiuitas gaudium annunciauit vniuerso mundo, multo verius Iesu Christi Dei, & hominis natiuitas. *Chrys.* Quare Angelus, rectè dixit: Euangelizo vobis gaudium magnum. Quod autem gaudium hoc, magnum fuerit, audite; Namque ad Cælos vsque ascendit, & Angelos letificauit. Vnde Angeli tãto hodie gaudio, sunt repleti, quòd de Cælo descenderũt, summumque mundo gaudium retulerunt. Insuper *Cur gaudium magnum.*

tam magnum dicitur fuisse hoc gaudium, quòd penetrauit infernum, Sanctosque in limbo existentes, inenarrabili gaudio repleuit. Magnum quoque, eo quia vsque ad orientem extendebatur. Vnde Magi, qui erant in oriente, tanto gaudio sunt repleti, quòd Regna sua relinquerunt, & cum muneribus ad natum puerum accurrerunt. Magnum deinde, quia totum mundum repleuit, & hoc ostenditur, quoniam Dies non sufficit, sed tota nox in gaudio occupatur; Nũquam enim in anno tres missę celebrantur, sicut hodie in ista nocte, quæ tres missæ, Christi designãt natiuitatem, Patres saluasse ante legem; sub lege, & Patres post legem. Vnusquisque igitur nostrum spiritualiter debet gaudere, & primò, quia Deus, est factus homo, vt homo fieret Deus; Secundò, quia factus est seruus, vt seruus fieret Dominus; Tertiò, quia Deus de Cælo descendit, vt homo de terra ad Cælos ascenderet; Quartò, quia Deus factus est filius, vt homo fieret Dei filius; Quintò, quia immortalis factus est Deus, mortalis, vt homo mortalis fieret immortalis; Sextò, Diues factus est pauper, vt homo pauper fieret Diues. Vnde Apost. cum esset Diues, factus est egenus, vt illius inopia, diuites essemus. At dubitabitis dicentes, cum hodie tres celebrentur missæ ex consuetudine Eccl. vna in media nocte; Altera in aurora; Tertia in Die, quid hæ nobis innuunt? Velim ad hanc respondeatis difficultatem dicentes, quòd prima, quæ de nocte celebratur Christi natiuitatem nobis esse occultam denotat, iuxta illud Isaiæ dictum 53. Generationem eius, quis enarrabit? Altera, quæ in aurora cãtatur, Christi natiuitatem denotat, partim nobis occultam, & partim manifestam; Quantum ad modum occultã, at manifestam quantum ad factum. Tertia, quæ in Die cantatur, Christi natiuitatem designat gratuitam,

Dub. *Sol.* *Isa.* 53.

tam, esse manifestam, in qua Christus per affectum cõcipitur, per effectum nascitur, & per amorem perfectum nutritur. Vnde Isa. 26. A' timore tuo concepimus, & peperimus spiritum salutis. Si plura desideratis, Compendium legite Theologicæ veritatis pag. 337. libro 4. & hæc satis. *Isa 26*

Audit tyrannus anxius.



IRCA hymnum præsentem non leui consideratione dignum, versaturus, vna cum Sancta matre Eccle. Herodis Ascalonitæ, pessimos affectus tyrãnidis, ambitionis, odij crudelitatis, infamiæ, imprudentiæ, cæcitatisq; extremæ describam; Audite ergo, & rectè intelligite hymni verba hæc. Audit tyrannus anxius. Vocat Eccl. Sancta, Herodem anxium tyrannum: Anxietas siquidem, est animi affectio, quæ comes inseparabilis tyrannidis dicitur; Nec vlla vnquam maior in mundo tyrannis fuit, nec erit tyrannide Herodis; Nam reliqui crudeles, & sæui Dominatores, in puros homines crudelitatem, sæuitiamq; exercuere suam; Hic autem impius disposuit, suam exercere in Deum hominem factum. Et quia in ipso magnam sedem tenebat ambitio, meritò propterea anxietas ipsum affligebat. Vt enim regnaret, timẽsq; ne perturbaretur, odio etiam filios, est prosequutus suos; Nam iratus valde, tum propter sui contemptũ, tum etiam propter timorem amittẽdi Regnum, mortem ideo puerorũ Bethlemitarum tractauit, vt cum illis occideretur, qui sibi incognitus fuit. Putabat, quòd si pueri omnes interficerentur, vnus quẽ quærebat, euadere minimè posset; Non existimans infælix, quia non est consilium, non sapientia, nec pru- *Materia hymni.* *Quid anxietas.*

dentia contra Dominum. Quid ergo cogitanti, ac de nece puerorum disponenti prodesse poterat? certè nihil, & propterea valde redarguendus; dum spiculatorem in spiritu vehementi misit, crudeliterq; iussit omnes pueros occidi, qui erant in Bethlem Iudæ, & in omnibus finibus eius, locisque adiacentibus à bimatu, idest biennes, & ætatis minoris, vsque ad Diei puerum, seu noctis vnius, secundum tempus, quod à Magis de ortu stellæ quæsierat. Insuper, ad tantam insaniam deuenit, quòd sibi mortem inferre tentauit. O' Cæca, & imprudens ambitio, quam cæca semper? O' Pessima præsumptio; ò tyrannis crudelis, odio crudelitate, insaniaq; referta; O Anxietas tyrannica, quæ vt vnum perimat infantem, multas non veretur sanguine perfundere cunas; O ingẽs crimen, vt Deum quærat ad mortem. Audiens enim Herodes ab Æthiopibus Regibus, qui venerãt Hierosolymam ab oriente, vt Iudæorum natum Regem adorarent, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. Hinc textus: Audit tyrannus anxius, adesse Regum Principem, qui nomen Israel regat, Regiamq; Dauidis teneat; Esclamat amens nuncio, successor instat, pellimur: Satelles .i. ferrum rape, perfunde cunas sanguine, hoc est ò satelles .i. & accipe, gladiumq; apprehende, & cunas perfunde sanguine, idest infantes, & nemini parcito, sed diligenti inquisitione, da operam, vt isti omnes pacti, interficiantur. Sed quid prodest Herodi tantum crimen, cum ex tot occisis pueris, impunè euadat Christus? Qui futurorum præscius, secretorũ conscius, cogitationũ Iudex, & perscrutator mentium, Rex natus Cœlestis, non neglexit innocentiæ suę milites, sed sine pugna, ac certamine, victoriam fecit capere, quos coronis donauit ĩde. Misit ergo Christus suos milites, non amisit, suas recepit aues, non reliquit. Cur ergo,

go, heu dira conspersos cæde, pennates infantum,& subito currentes,sanguine riuos, Aspicio? Crudelis, quid agis? nihil hi meruere, nec ille, quem perdere ferro petis. Tollitur propterea, & ab Herode Christus eripitur, quia Angelico monitu, summotus est in Aegyptũ. Dixit enim Angelus ad Ioseph, surge, & accipe puerum, & matrem eius,& vade in terram Israel. Hæc intantum.

Audit tyrannus,&c. De odio Herodis.



VT magis vobis dilucidus fiat hymnus prædeclaratus,agam hodierna die, de odio, de impietate, atque sæuitia Herodis contra innocentes, quo ductus, occidit multos pueros. Sed Primò, notandum multiplex dari odium, videlicet,pessimum,iniustum, peruersum,& quo quis odit Deum. Insuper, velim sciatis, hominem tria odisse peruersè, Deum scilicet, se ipsum,& verum. Quantum ad primum, audite Psal. dicentem: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. Verum, quo modo Deus,odio haberi potest, cum sit summè bonus? Ad hoc dicitur, quòd Deus in se,minimè odibilis,at in suo effectu,qui voluntati repugnanti, vt pęna pręsentatur, homini, à Deo inflicta, propter peccatum. Secundò,se ipsum homo odisse dicitur, non naturaliter, nec per se, sed per accidens, quatenus bonum apparens appetit; Tertiò, quandoque homo verum odit, inquantum contrarij scilicet, rationem habet, & repugnantis. Hoc autem ex inuidia causari dicitur, & dum proximum

Odium multiplex.

Dub.

Sol.

mum respicit, iniustum odium dicitur, siue peruersum, vel quo quis Deum odio habet, vt latius, est
Rayn. videre apud Rayn. Cap. 1. pag. 93. & plus vltra. Tali odio, crudelis, imittis, & asper Herodes correptus, infantes multos corporaliter interfecit, & hoc ad differentiam parentum, filios suos spiritualiter interficientium. Sunt namque genera sex, filios parentum
Genera parentũ sex. occidentium suos. Primi, qui scienter infantes, in vteio suo, sine baptismo occidunt; Quod homicidiũ, valde graue est, ibi enim corpus, & anima occiditur.
D. Aug. Hinc D. Aug. dicere consueuit: Maius damnum esse in amissione vnius animæ, quam corporum mille. Secundi, sunt illi, qui pueros nimis diligunt suos vltra Deum, cum infra Deum diligere teneantur; Tertij, sunt parentes, &c. qui filios in malis suos, informant; Quarti, qui filios errantes, non corrigunt suos, licet corrigere teneantur; Quinti, qui filijs suis, malum prębent exemplum; Sexti parentes, sunt illi, qui scienter res lucrantur iniustas, ad suos ditandum filios, nescientes, quòd tot gladijs eos transfigunt, quot filijs suis denarios relinquunt. O Miseri Parentes. ò Infelices, qui animæ vestræ periculum, non consideratis, more maledicti Herodis, qui tot pueros occidi curauit in Bethlem Iudæ, se ipsum
Rayn. prius occidẽdo. Plura de odio si vultis videre, Rayn. loco citato, & Lexicon Thologicum pag. 217. legite, vbi pulchra habetis, non enim omnia scribere potui, neque volui, potissimum ob paupertatem ingenij mei; deinde vt alijs occasionem studendi darem. Hæc intantum.



Sal-

Saluete flores Martyrum.



IN proximo preterito sermone meo, si recolitis, vna cum Eccl. Sancta, impij Herodis aduersus innocentes, pessimos descripsi affectus, & effectus, & ideo modo restat agere, de pulcherrimis in pueros, compassionis, pietatis, dulcedinis, & gaudij affectibus. Audite igitur, quid dicat Eccl. Sancta, cantetue de paruulis innocentibus, quibus, odio magis profuit, quam profuisset obsequio. Saluete flores Martyrum, quos lucis ipso in limine, Christi insecutor sustulit, &c. Quibus verbis, Eccl. Sancta celebrat innocentium præconia, & laudes; Sunt etenim tanquam nobilissima totius chori Martyrum ornamenta, & flores. Quis namque ignorat flores, ad ornamentum esse, simulque vberes fructus promittere, veluti Sancti isti innocentes? Non sine ergo pia compassione, cantare, & rememorare Eccl. Sancta potest, his verbis; Saluete flores Martyrum, &c. Nam & verbis, & opere, luctum demonstrat, dum vestibus obscuris, se induit, & ad modum flentium, voces lugubres emittit. Nec id tantum facit ob tantam sæuitiam, immò ad Cęlũ, oculos extollens, fideliq; e intuitu illos conspiciens, dulcedine repleta, prægaudio magno, & dulci affectu, exultat sic dicens. Vos prima Christi victima, hoc est vos vituli nouelli, cornua producentes, & vngulas, quibus summopere sacrifitijs delectatur Deus. Grex immolatorum tenet, Aram ante ipsam simplices, palam, & coronis luditis. Eccl. Sancta, innocentes victimam appellat, ad similitudinem eorũ animantium, quæ vincta, & ligata, ad aram tunc temporis

Res hymni considerata.

Cur innocen. victima.

poris ducebantur, vt ipsi Deo imolarentur. Rectè certè, isti infantes, & innocentes, prima Christi Martyrum, victima sunt, eo quia absque macula fuerunt, & ideo iurèmeritò Eccl. cantat, palma, & coronis luditis, & hoc ad eorum infantilem designandam ætatem, quæ leuibus, consueuit occupari, ludis. Et quia, arbor est, omnes alias superans arbores in rectitudine, & altitudine, siue eminentia, hinc fit, cum hi cælum visi sint tangere in pugna, propterea ipsis innocentibus in signum triumphi, & victoriæ obtentæ, hæc data. Vndè in cælum euecti, Deum sic laudant dicentes. Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine, cum Patre, & Sancto spiritu, in sempiterna sæcula. Amen.

Cur prima.

Natura Palmæ.

Saluete flores martyrum.

De innocentibus.



SERMONE vulgato, linguaque communi, in gratiam prædeclarati hymni, agam in præsenti de innocentibus tria ponderando; Quid innocens primò; Quid Martyr secundò; Qualiter innocentium festum, sit peragendum tertio. Quantum ad primum, innocens, vt Brulefer scribit lib. 1. dist. xxvij. Art. 1. dicitur, qui nec mortale, nec veniale peccatum habet, nec originale de facto, & ex modo conceptionis, sub quo sensu, solum Christus natura, Virgo verò Maria, gratia. Vel sic. Innocens ille, cui ex se imperfectio omnis repugnat. Quò ad secundum, in ordine dicitur, quòd Martyr testem significat, & Martyrium testimonium, puta fortitudinis, Patientiæ, Charitatis:

Quid innocent.

Quid Martyr.

tis: Fideique. Est fortitudinis vt principaliter elicientis; Patientiæ, vt elicientis communiter; Charitatis verò vt imperantis; Fidei autem, vt finis. Nunc de facto horum celebrando verba faciamus, ita dicentes; videlicet solenniter hoc festum peragendum primò, quia ipsi primi fuere Martyres, qui post Christi natiuitatem, martyrio, sunt coronati. Hic sciendũ, triplex dari Martyrium; Primum, est voluntatis, & operis, vt illud Beati Stephani, & Laurentij; Alterũ, voluntatis, & non operis, vt beati Io. Euangelistæ, Beati Martini, & Dominici, qui voluntatem habuerunt, & affectum sustinendi Martyrium, licet non sint passi; Tertium Martyrium, est operis, & non voluntatis, vt Innocentium Martyrium, qui vsum rationis vigoratum minimè habentes, Deum, non loquendo, sed moriendo, sanguine suo, sunt confessi, & ita in proprio sangine baptizati. Vnde propter illud triplex Martyrium, festa illa tria, immediatè post Natiuitatis Festum, instituta; Primò, festum D. Stephani, qui voluntate, & opere Martyr; Secundò, festum beati Io. qui Martyr voluntate fuit, sed non opere; Tertiò, festum hodiernum innocentium, qui Martyres, opere, sed non voluntate. Insuper sanctorum innocentium festum, commemorabile, propter numerum, quia tot sunt, ita vt eorum numerus sit incertus. Prҫterea propter locum, quia in Bethlem occisi sunt, vbi Christus, est natus. Qui plura desiderat de materia præsenti, Discipulum legat, sermone xvi, litera E. columna secunda, linea sexta. Hæc intantum.

Multiplex Martyrium.

Notan. aureum.

Discip.



Hostis herodes,&c.



VDIVISTIS paulo ante, herodis impietatem in pueros innocentes, quos interficere curauit, ne Regnum suum amitteret. Hinc Eccl. Sancta, conclamationem hodie faciens, ait. Hostis herodes impiè,&c. quod est dictu. O' Impiè.i. Dei inimicus, Christum venire, quid, id est cur times? Non eripit mortalia.i. aufert à mortalibus, res mundanas; Ille (inquam) scilicet Christus, qui dat Regna cælestia. Ibant Magi quærendo Christum adorare, stellam sequentes, quam viderant præuiam.i. præcedentem; Nam stella talis viam eis demonstrabat. Hic velim notetis, Die tali, miracula tria facta fuisse; Nam Magi Apparuere; Aqua in vinum conuersa; Deinde, Christi baptismus. Vnde dicitur, lumen requirunt lumine, id est Christum, qui est lux, lumine stellæ. Lucente etenim sole, feruentius quoque stella lucebat, & ita Magos ad Christum videndum, conduxit, quem Deum fatentur munere.i. auro: Thure: Incenso. Lauacra quoque puri gurgitis, cælestis Agnus attigit, id est, Agnus cælestis lauacrum, siue baptismum puri gurgitis.i. fluminis Iordanis suscepit, peccata quæ non detulit.i. secum non apportauit, nos abluendo sustulit. O' Dei misericordia ineffabilis, qua nos per baptismũ abluendo, nostra peccata destruxit. Nouũ certè genus potentiæ.i. inauditum; Quis enim aliàs, aquam in vinum conuersam audiuit? Aquæ rubescunt hydriæ, hoc est flauescunt, siue rubescunt, quia colorem mutant, vinumque iussa fundere, id est spargere, siue donare, vnde mutauit vnda originem

Materia hymni.

Not.


nem,hoc eſt,ex Chriſti prçcepto,Natiuitatem.Non igitur timendum,ſicuti impius herodes timuit,quia Rex Regum,& Dominus Dominantium, non venit vt Regnum auferat, ſed vt totum mundum criminibus implicatum,ac inuolutum, liberaret; Nam ipſe dixit. Regnum meum non eſt de hoc mundo.Quare vt Magi.i.ſapientes, ductu illius ſtellæ moti, quā viderant, ibant Chriſtum quærentes, lumen lumine, non ſecus,& nos Chriſticolæ,horum veſtigia ſequentes, lumen gratiæ, ideſt ad tenebras mentis noſtræ effugandum, debemus inquirere, quia nunc fælices erimus in ſpe, tunc verò in re. Gloria interim tibi Domine qui apparuiſti hodie,&c. Hic adnotare debetis, quod Dies hæc Ephiphania dicitur, & nil aliud ſonat,niſi apparitionē,qua Die,Aurum,Thus, & Myrrham,Magi Chriſto Domino obtulerunt,ſed non ſine magno myſterio;Nam vt D.Greg.ait,Aurum Regi congruit; Thus in Dei ſacrifitium ponitur; Myrrha autem mortuorum corpora condiuntur. O' feruor ingens inquiſitionis,& oblationis horum trium Regum, quia viſa ſtella, ſine mora iter arripuerunt, & Ieſum puerum diligenter cum muneribus inquiſierunt, dicentes. Vbi eſt,qui natus eſt Rex Iudæorum? Vidimus enim ſtellam in Oriente, & venimus adorare eum. Ecce fidelium munus, Chriſtum videlicet quærere, fide, ſpe, & charitate, ipſique aurum, thus, & Myrrham offerre; Aurum primò,ideſt fidem; Thus ſecundò,hoc eſt charitatē; Myrrham tertiò,ideſt carnis mortificationem. Vel aurum ad pauperis pueri, cum matre ſuſtentationē; Thus propter ſtabuli fetorem; Mirrham tādem propter membrorum debilium pueri confortationem, obtulerunt Magi. Amen.

Not. de Ephiphania.

D.Greg.

Quid per aurum.

Hostis herodes, &c. De sapientia, & feruore Regum, Christum inquirentium.



NE à vestigijs videar velle recedere meis occasionem nactus ex prædeclarati hymni verbis, duo hodie faciam; Primum, sapientiæ magnitudinem, trium Regum respiciet; Alterum verò feruorem inquisitionis, & oblationis eorumdem. Quò ad primũ, Reges isti tres, in magnitudine sapientiæ, comendari dicuntur; Nam Magi vocantur.i.sapientes, eo quia in sydere, Christum cognouerunt, quem Iudæi à lege, & Prophetis edocti, agnoscere contempserunt. Hinc confunditur Iudæorum malitia, pigritia, & infidelitas; Namque Magi Prophetæ vni fidem adhibuere, & Iudæi pluribus, credere, noluerunt. Insuper Magi Regem alienum quæsierunt, isti verò proprium non quæsierunt; Insuper, illi ex longiquo venerunt, isti autem ex propinquo non venerunt. Vlterius, elementa omnia, autorem suum venisse, testata sunt; Cæli quoque hunc cognouerunt, quia protinus stellam miserunt; Mare cognouit, quia pedibus eius, calcabile se præbuit; Terra cognouit, quia ipso moriente, contremuit; Sol cognouit, quia lucis suæ radium in morte abscondit; Saxa non secus cognouerunt, quia tempore suæ mortis, scisa sunt; Infernus similiter cognouit, quia quos captiuos tenebat, reddidit.

Collatio aurea.

didit. At Iudæorũ corda, saxis duriora, cum confiteri nolunt, quem elementa testantur. Quare nos Christiani illorum trium Regũ exemplo, debemus Christum verum Deum in vera fide, cognoscere, vt digni efficiamur laude, veluti tres isti Reges, qui non solum ex sapientia sua commendantur, verùm etiã ex feruore inquisitionis, & oblationis; Nam statim visa stella, iter arripuerunt, & Iesum Puerum diligenter inquisierunt, dicentes. Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius, in oriente, & venimus adorare eum. Tres isti Reges, Balaam Prophetæ, sectatores fuere, qui Prophetauit vt habetur Numer. xxiij. his verbis. Orietur stella ex Iacob, & Virgo pariet Saluatorem. Sed dubitabit quis, cur Reges, Hierosolimam venerunt? Ad hoc dici potest, secundum Remigium, quòd Magi, tempus Natiuitatis Christi equidem ex stella, siue in stella cognouerunt, at Natiuitatis locum ignorarunt, & cum Hierusalem esset Ciuitas Regalis, & Ciuitas oblationis, nec non sacrifitij, ideo isti sunt opinati, quòd tam egregius Puer, Rex Iudæorum, cui munera, ipsi offerre volebant, solum in hac Regali Ciuitate, deberet nasci. Qui plura videre desiderat, Discipulum legat, sermone xxi. Columna quarta, vbi perpulchra habentur. Hæc interim satis.

Num. xxiij.
Dub. Sol.



O sola

O sola Magnarum Vrbium.



IE certè, ingentiq; gaudio gestiẽs Eccl. Sancta Mater, cohibere se minimè potest, quin de sui sponsi natiuitate, & de Magnitudine Bethleẽ, vna cum Sancto Luca verba faciat, vt qualiter natiuitas ista contigerit, Dei fauore præuio, prodat. Ait ergo sic, ò sola Magnarum vrbium, &c. Vbi quid Christus demonstratur, eiusque natiuitas; Nam stella ipsos Magos, ab oriente duxit ad Pueri nati incunabula, quem procidentes adorauerunt, statimque munera mystica obtulerunt. Hinc terræ Magnæ Bethleem laus apparet, siue laudatio, eo quia Eccl. Sancta maiorem omnium vocat, & hoc ratione pueri nati, salutis, & Ducis, quem stella, &c. Vbi detegitur, quòd hoc cæleste Mysterium, ac testimonium, vanum minimè, vel incognitum fuit; Nam ab orientalibus Regibus, visum, & cognitum, vnde prostratione, & muneribus, corpore humano, Christum Deum esse, sunt fassi: An hoc verum, quod subditur audite. Quem stella, quæ solis rotam, vincit decore, ac lumine, venisse terris nunciat, cũ carne terrestri Deum. Videre postquam Magi, &c. Sancta Mater Eccl. hic, non solùm Deum esse humanatum, sed etiam Regem Regum demonstrat, quia Reges ipsi, Regem Regum, Christum adorant, & annuntiant. ò Magnarum igitur omnium Bethleem, cui Ciuitati contigit, gignere Christum. Hinc discite, quòd Ciuitates fiunt Magnæ, & nobiles, non solum per fundatores, vt Roma

Hymni materia.

Laus Bethlem.

Ciuitates vnde magnæ.

ma à Romulo, & Remo, verum etiam ex hominum natalitio, & ab eorum ſcientia, ſapientia, & doctrina, immò etiam magna, ex ſanctimonia. Nunc verba rimanda, deinde erit finis. Primò ergo hoc nomẽ Bethleem perpendite, quod ſonat Domum pacis, & eſt Chriſti, & Eccleſiæ figura, quia ibi Chriſtus, erat naſciturus, qui eſt panis viuus, qui de Cælo deſcendit. Sequitur. Cui contigit, Ducem ſalutis cælitus, incorporatum gignere. Vbi D. Aug. ait. Quis vnquam vidit Deum? eſt enim ſpiritus incorporeus, quem ſtella, &c. Quidam dicunt, ſtellam illam de nouo creatam, quæ ſuo peracto offitio, in ſuam primordialem naturam redijt. At dicetis, num ſtella iſta ab alijs differt? Reſpondetur, quòd ſic in multis, & primò in ſubſtantia, quia aliorum materia, cæleſtis, hæc verò de corruptibili; Secundò aliæ à Deo creatæ, ſed iſta miniſterio Angeli à verbo producta; Tertiò in duratione, quia aliæ à mundi principio create, hæc verò Chriſto nato, creata; Quartò in ſitu, quia aliæ in cælo, iſta vero ſita minimè in firmamento, ſed in aere, non procul à terra; Quintò in Magnitudine, quia aliæ ſecundum Ptolomeum, tota terra, ſunt maiores, ideſt quælibet iſtarum, verùm hæc, vltra quantitatem non fuit duorum, vel trium cubitorum; Sextò in motu, quia circulariter ab oriẽte in occidentem mouentur, hæc verò motu ferebatur recto ab ortu in meridiem; Septimò in ſtatu, quia aliç motu continuo mouentur, hæc verò magis euntibus, ibat, & cum ſtantibus, & quieſcentibus, quieſcebat; Octauò in apparitionis viciſſitudine, & occultationis, cũ enim Magi Hieruſalem ingreſſi ſunt, occultauit ſe, deinde, vbi Herodem relinquerunt, ſtatim ſe ipſam monſtrauit, ideſt apparuit; Nonò tempore, quia de nocte ſolum lucent aliæ, ſed hæc in meridie, Sole lucente apparebat; Decimò in ſigni-

Quid per Bethlẽ.

D. Aug.

Dub.

Sol.

gnificatione, quia aliæ temporum, & annorum distinctionem significant, hæc autem creatoris natiuitatem significabat; Vndecimò in effectu, aliæ namque certam efficatiam habēt ad inferiorum istorum trasmutationem, ista verò nullum dicitur habuisse effectum, nisi quòd natū Saluatorem notauit; Duodecimò in ministerio, quia Deus certa astra creauit in ministerium cunctis gentibus, hæc verò stella in Ministerium solius Christi edita; Tertiodecimo, in singularitate apparitionis, quia quælibet stella omnibus apparet, qui sunt in hemisperio eius, at ista visa est tantum à Magis tribus; Quartodecimò à motore, quia aliæ stellæ proprios non dicuntur habere motores, ista verò Motorem habuit proprium, idest Angelum. Stella ergo, quæ suo nitore, ac splendore, vincit, ac superat solis rotam, siue eius lucem, apertè manifestat Ducem illum, cum carne terrestri, in terris descendisse. In cuius rei signum, videre postquam Magi, prostrati, ipsiq; Deo genuflexi, munera offerunt, nempe Aurum, Thus, & Myrram. Aurum in Regis signum; Thus, dum Deum confitentur; Myrram, quatenus non solum Deum crédunt, ac crediderunt, verùm etiam mortalem. Gloria ergo tibi Domine, &c. Amen.

Ex more docti mystico.



HRISTVM in hunc mundum arbitror vos scire, venisse, non legem soluere, sed adimplere, vt in Diuinis oraculis, est videre. Idcirco nos omnibus suis, volentes adherere actionibus, quadragesimale Ieiunium ad ipso sanctificatum conabimur ob seruare

seruare, Cantico Eccl. Sanctæ, nos in hunc modum allicientе. Ex more docti Mystico, &c. Nobilissimi Auditores, hymni huius materia, Ieiunij dicitur esse commendatio, & ideo, Deo seruire volentes, in hoc potissimum ieiunij tēpore quadragesimæ, orationibus, bonisque operibus, magis, quàm in alijs temporibus, corde puro, menteq; sincera, obedire debemus. Vnde Eccl. dicit. Nos docti ex more, idest consuetudine, Mystico, idest figurato, quia Elias prius ieiunauit, Christus postea ieiunium consecrauit per dies quadraginta, propterea subditur: Seruemus hoc ieiunium omni anno, deno dierum Circulo, quater ducto notissimo, hoc est circulo dierum quater deno, idest quadragesimo, omnibus notissimo. Nec quis vestrum de hoc, mirari debet, quia lex, & Prophetæ primitus, idest Moyses, Elias, & Cæteri ieiunauerunt, idest, hoc prætulerunt ieiunium: At Christus postmodum sacrauit omnium, Rex atque factor temporum. Vtamur ergo parcius verbis, cibis & potibus, hoc est moderatè in his omnibus procedamus, somno iocis, idest abstineamus à supra dictis omnibus, non solum à colloquijs malis, quæ coinquinant animam, sed etiam à cibis, & potibus à somno, & iocis. Vt arctius, idest potius menteq; maiori in custodia præstemus, hoc est vt custodiamus nos à peccatis; Vitemus autem pessima, hoc est vt abijciamus à nobis mala opera, idest peccata. Quæ vt vos non fugit, mentes subruunt vagas .i. quę peccata, mentes vagas præcipitare faciunt, idest corda nostra. Hoc autem, ne vllum demus locum callidi hostis tyrranidi, idest ne hostis nostri, vllum concedamus locum, quia nimis fallax, crudelis, & inimicus noster est, idcirco ad infernum fugiendum, hunc cui tabimus bonis operibus, callidus enim ille est, qui multos fallere nouit. Dicamus ergo omnes cernui,

Materia hymni.

Quid nobis agendum.

Quid faciant peccata.

hoc est mundi, Miserere mei Deus; Nam hymnus iste vt intuenti patet, vtilis valde dicitur esse, & animę, & corpori. Clamemus propterea alta voce singuli, vt De⁹ dignetur, nostris parcere peccatis, quod de facili lacrymis assequi poterimus, vt nobis præsens innuit versus. Ploremus ergo ante iudicem, flectamus iram vindicem, ne scilicet, de peccatis nostris sumat vindictam; Domine Deus, tu optimè nosti, quòd nos peccatis nostris tuam offendimus clementiam, te propterea rogamus, effunde nobis desuper, remissor indulgentiam, idest vt effundas, siue des nobis omnium peccatorum nostrorum veniam, tuũ enim hoc est, vt alibi legere est; Misereris omnium Domine, &c. tui namque sumus, hoc est sanguine tuo redempti, licet caduci Plasmatis, idest fragilis formationis. Præcamur insuper, alteri, ne des honorem nominis tui ò Deus, idest ne concedas nominis tui honorem alteri idest Diabolo; Vocamur enim à te Christiani, ideo laxa malum quod fecimus, hoc est dele, ac dimitte malum quod commisimus, siue fecimus. Auge deinde bonum, quod poscimus, quo tandem tibi placere possimus, vt finalem hic, idest in vita præsenti, & in futuro perpetim, idest eternaliter, tibi simus grati. Præsta itaque beata Trinitas .i. dona, atq; concede nobis ieiuniorum munera, vt tuis fidelibus, sint fructuosa. Vtamur ergo parcius potibus, quia Salomon ait, quod vinum, & mulieres appostatare faciunt sapientes. Vino te itaque tẽpera ò homo, quia in illo, est luxuria, vt febris in anguilla. Inquirendus propterea, vt dicit Basilius Magnus, in locis omnibus cibus, qui sit ad victum, siue victui necessarius, solerti ratione, elaborataeque condimentum blanditiæ, vt voluptatis illecebræ repudiandæ. Quanti referat sibi bene cauere, seq; ab hoc seculo custodire, nec modo huc modo illuc vagari,

Tangitur hic beata trinitas.

Eccl. 19.

gari,

gari, arbitror vos scire. Vitems igitur, & à nobis abijciamus pessima peccata, & praua opera, nullumque demus locum tyranidi, idest non iussis, & imperio callidi hostis assentiamus, quia eius imperium sæuū est, atq; crudele. Quod si fragilitate nostra tyrannidi Diaboli, eiusq; malitiæ locum dederimus, emendemus nos dicamusq; omnes cernui, clamemus atque singuli, ploremus ante Iudicem, flectamus irā vindicem, quia vt sic inclinati, nostrorum veniam delictorum consequemur. Amen.

Ex more docti Mystico.

De Ieiunio.



VT magis dilucidus fiat, hymnus prædeclaratus, hodierna die agam de ieiunij quidditate Primò; Præterea, de fructu eiusdem. Quò ad primum, finitur sic ieiunium dum dicitur, quòd est abstinentia à cibo, & potu ab Ecclesia institutum, intuitu satisfaciendi, vel peccata vitandi ad vitam æternam acquirendam. Vbi efficiens causa ieiunij tangitur Ecclesia. Quare quadragesima summa obseruatione obseruanda, nisi quem infirmitas impedierit. Et sicut Dei filius, venit facere Patris sui voluntatem, ita tenemur nos, Sanctæ Matris Eccl. voluntatem facere. Post caussam efficientem, ieiunij materialem audite, est namque abstinentia à cibo, & potu, in signum, quod cibis vti quadragesimalibus debemus. Caussa verò formalis ieiunij tangitur ibi, intuitu satisfaciendi, vel peccata vitandi. Caussa finalis ibi, ad vitam æternam acquirendam. Nunc agendum venit loco secundo

Quid ieiunium.

Caussa efficiens.

Materialis.

Formalis.


Finalis.

do de ieiunij fructibus, qui sunt duodecim.
1 Primus, est carnis subiugatio.
2 Secundus, Christi conformatio;
3 Tertius, est intellectus clarificatio;
4 Quartus corporum sanctificatio;
5 Quintus peccatorum satisfactio;
6 Sextus, culparum præseruatio;
7 Septimus Dęmoniorum expurgatio;
8 Octauus, diuinę iræ placatio;
9 Nonus donorum cælestium impetratio;
10 Decimus, Angelorum visitatio;
11 Vndecimus, totius hominis sacrificatio;
12 Duodecimus, æternorum pręmiatio.

Ephe. 1. Respectu primi, vide D. Thom. secunda secundæ, & in 4. dist. xv. 9. 3. Art. 1. Respectu secundi, Apostolum ad Ephe. primo; Respectu tertij D. Thom. lib. 4. dist. xv. q. 3. Art. 1. Respectu quarti, D. Thom. ad thim. 4. Respectu quinti, D. Thom. in quarto dist. xv. q. 1. Art. 4. Respectu sexti, D. Thom. vt supra; Respectu septimi, D. Thom. parte tertia. q. xl. Art. 11. Respectu octaui, exemplum habetur Reg. xxi. Respectu noni, extat exemplum apud Diuum Ambros. libro de ieiunio; *D. Ambro.* Respectu decimi, extat cornelij exemplum, vt actuũ x. habetur; *Act. x.* Respectu vndecimi, legito D. Tho. secunda secundæ. q. 85. Art. 11. Respectu duodecimi, Mattei sexto. Tandem sermo habendus, de ienuij pręparatione, licet id obiter, ad fructus iam numeratos acquirẽdum; Supponendũ est ergo in primis, in hebdomada qualibet, Dies sex dari, quibus ieiunamus; *Ieiunij præparatio.* Primus quorum lunæ vocatur, qui defunctis deputatus, quatenus Eccl. pro existentibus in purgatorio, missam tali die cantari iubet; Dies Martis ad Angelorum laudem deputatus; Dies Mercurij, in memoriam venditionis Christi; Dies Iouis in deuotionem Sancti spiritus; Dies Veneris, in memoriam Christi passio-

passionis; Dies Sabbati, in laudem Mariæ Virginis. Qui plura desiderat Io. Aquilanum legat feria 4. cinerum, vbi multo plura habebit. Hæc interim.

Iam Christe sol iustitiæ.



T Deo Opt. Max. ieiunium sit gratum, & per acceptũ, nos Christum iustitiæ solem, Eccl. sancta rogare, docet, his verbis. Iam Christe sol iustitiæ, &c. Quorum verborum hic sensus. O' Christe, qui iam es sol iustitiæ, expelle quæso tenebras, siue obscuritates à mentibus nostris, cordisque nostri peccata, ita vt eua nescant, quemadmodum sequentia verba innuunt. Mentes deiscant tenebræ, idest euanescant, vt lux virtutum redeat, cum reparas Diem. i. præparans Diem terris. i. hominibus de terra formatis. Da quoque tempus nobis acceptabile, quod est salutis, dum tenebræ deiscunt à nobis. Et pęnitens cor tribue, eo quia ex corde tali, exeunt cogitationes bonæ, & malæ ex non contrito corde, vt homicidia, furta, adulteria, & similia. Conuertat vt benignitas, quos longa suffert pietas, hoc est, ò Christe, nos vt rogamus, tua benignitas ad pænitentiam conuertat, quos tua longa suffert pietas. i. nos peccatores sustinet, ne pereant homines, sed crimina. Da ergo ò Christe, ferre. i. sustinere quiddam pęnitentiæ, quamuis grauium maiore tuo munere. i. quamuis sit de maiori precio tui nominis ferre. i. sustinere grandium peccatorum, siue criminum pænitentiam, quo demptio fit criminum. Dies venit, Dies tua. i. Dies iudicij, vt Paschalis venit Dies, in qua reflorent omnia, scilicet opera, & facta nostra erunt aperta, & manifesta, vt in Arbore flo

Res considerata hymni.

res.

res. Lętemur in hac.i.propterea gaudere debemus in hac Die iudicij, vt tuæ per hanc diem iudicij reducti gratiæ, bonorum more reducamur. Tandem vt manus extrema huic hymno imponatur, oratio nostra ad Sanctissimam Trinitatem, his verbis dirigatur. Tę rerum vniuersitas, clemens adoret trinitas.i. omnia, quæ in cælo sunt, in terra, & sub terra; Nos verò noui per veniam, nouum canamus canticum.i.nos conuersi per pænitentiam, hymnum nouum cantemus Deo trino, & vno per veniam iam obtentam per pænitentiam. Quis etenim cor nobis pęnitens tribuat in terris, nisi Deus? qui dum luce sua nobis præsens est.i.sua gratia, opera tunc nostra, fiunt diurna; Nam ipse est, qui soluit maledictionem, & tribuit benedictionem. Qui mortem confundit, & vitam sempiternam donat. Sol igitur iustitiæ nō sine caussa dicitur, qui nobis dat ferre, & pati paululum pęnitentię, hoc sacro quadragesimali tempore, quod est ablatio, & ablutio scelerum quamuis grauium, & enormium, ingenti tamen Christi dono. Quilibet ergo Christigena cum Iob.x. hylari fronte, dicat. Dimitte me Domine, vt plangam paululum dolerem meum, antequam vadam, & nō reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine: terram miseriæ, & tenebrarum. Vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inabitat. Quis itaque nostrum cum filijs Israel ad Dominum non clamabit his verbis? Peccauimus, tu redde nobis, quicquid tibi placet. Vnde, vt ipsi Idola proiecere sua, super miserijs dolentes, suis, non secus nos antequam ex hoc mundo migremus, de peccatis debemus dolere nostris, vt Niniuitarum more, digni efficiamur per pęnitentiam exaudiri. Dies enim Domini venit, in qua reflorent, omnia, ideo lætemur in hac, vt tuæ per hanc reducti gratiæ, valeamus dicere, gloria tibi Domine. Amen.

Iob.x.

Iam

Iam Christe sol iustitiæ.
De tempore acceptabili.



SI libenter, me ex corde audire velletis, de tempore, verba facerem, salutis; Nostis enim ieiunij tempus, esse cor nostrum lacrymis lauandi, humiliandi, corpusque castigandi, iuxta illud Petri .i. Perficite mēbra vestra, quæ sunt super terram, &c. Apost. quoque Paulus, dicere consueuit, exuite veterem hominem cum suis actibus, &c. Nam tempus hoc, perdendi, & ædificandi; Perdendi scilicet Babiloniæ confusionem, quæ prius regnabat in nobis. Edificandi verò in nobis pacem; Insuper, est flendi tēpus, & ridendi ob gratiam Christi amissam; Ridendi verò ob spem, ipsam iterum acquirendi; Hoc tēpus, vt vos nō fugit, est Christum amplectendi, mūdanumque amorem fugiendi; Hoc tempus, lucrandi bona æterna, & respuendi temporalia; Hoc tempus, est amandi, & odio habendi; Amandi scilicet Deum, & proximum, & se ipsum odio habendi propter Christum. Vnde Dominus Io. 12. Qui odit animam suam in hoc mundo, &c. Præterea, est belli tēpus, & pacis; Belli contra Diabolum, & vitia, pacis verò cum Deo. O gloriosum, & valde fælix, benedictumque tempus, salutis, videlicet, pacis, & recōciliationis, in quo caput nostrum, idest Christum vngimus potissimum, cibum dum esurientibus damus; & potum sitientibus; Deinde, nudos dum vestimus, & hospitio peregrinos accipimus; Infirmos visitamus, rudes instruimus, inimicos nostros diligimus,

Pet. 1.


Apost.

Io. 12.

mus,& alia similia facimus. Beati itaque illi,qui bona opera facientes, nil aliud respiciunt,nisi gloriam *Cor.* 10. Dei, quia de illis id poterit dici, quod Cor. 10. habet Apostolus, dicens: Siue comedamus, siue bibamus,&c.omnia,in Dei gloriam faciamus. Vnde Vates 130. dicere consueuit: Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo, da gloriam. Quicquid ergo boni in te habes ô homo da ipsi Christo, in quo omnia, ex quo omnia, & per quem omnia, in seculorum secula. Amen.

Psal.

Audi benigne Conditor.



SANCTA Mater Eccl. Dei semper adimplere Præcepta cogitans, & anhelans, hinc fit, quòd nos hodie filios adhortetur,orationem dirigere nostram ad Deum,vt in hoc sacro ieiunij quadragesimalis tempore, peccatorum nostrorum remissionem dignetur tribuere, nec non etiam à peccatis abstinere, & hoc cum corporali ieiunio gratiam donare,& hęc de nexu præsentis hymni cum superiori, vna cum materia *Hymni materia.* eiusdem. An res ita se,se habeat, audite, quid dicat. Audi benigne Conditor, idest ò factor,& creator rerum omnium, nostras audi quæso cum fletibus, siue lachrymis, præces factas in hoc sacro ieiunio quadragesimali, tu qui es cordium scrutator; Insuper, ò alme ;i. sanctè cordiũ inquisitor,quia scis, atque cognoscis infirma, siue debilia virium nostrarum, fragilitatemq; nostram intueris, propterea ad te reuersis exhibe, hoc est, te ostende reuersis, idest ad te reuertentibus, gratiam remissionis, idest per gratiam tuæ remissionis. Multum quidem peccauimus, sed

parce

parce confitentibns, quod est dictu; Grauiter equidem tibi soli peccauimus, ideo contritis, ac confitétibus, misericordia tua, parce quæsumus, supplicibus. Ad laudemq; tui nominis, confer medelam lãguidis; Tu enim verus, ac Principalis medicus, cuius est sanare ægrotos, & hoc, vt nomen tuum laudetur, donando medelam languidis, idest peccatoribus. Sic etiam corpus extra conteri, dona per abstinentiam, idest, ò Christe corpus nostrum, sic dona, atq; concede conteri, siue affligi extra, idest deforme fieri per abstinentiam ieiunij, vt mens sobria, à labe prorsus criminum, idest pro posse suo, abstinens, & à labe, siue corruptione peccatornm, sit. Vnusquisq; ergo suam examinet conscientiam, sua deinde peccata, confiteatur ad suppliciter medelam obtinendam. Multum quidem peccauimus, & ideo quod in nobis est sollicitè facere debemus, idest curare, vt rationi obediat corpus, ipsiq; per abstinentiam, parere cogatur; Nam fragiles sumus, lapsuq; frequenti decidimus; Tu ergo miserere nostri; Ecce enim magnis cum lacrymis dolentes, ob scelera nostra, peccata, & crimina, oreq; confitentes coram te, & dicentes, multum quidem peccauimus, &c. parce ergo confitentibus, ad laudemq; tui nominis, confer medelam languidis, vti Petro, & Vati post adulterium, & homicidium: Magdalenæ: Cananeæ, & seruo Centurionis cum similibus, vt sic afflicti, tibi tãdem possimus esse grati. Hinc cognoscite, quantum valeant lachrymæ, lauant enim peccatum, ideo cum fletu ad Deum recurrendum, vt per eius gratiam, sine fine viuere valeamus. Amen.

Quod Deus est medicus.



Audi benigne Conditor. De vtilitate lachrimarum.



OQVVTVRVS hodierna die, de lachrimarũ vtilitate cum ieiunio, à verbis Apostoli ad Cor. 1. minimè recedam, qui ita fatur. Scripsi vobis in multis lachrimis, & sic cõtristatus sum de vestra culpa, &c.

Cor. 1.

Vbi sciendum, aliquem posse lachrimare diuersimodè, verbi gratia aliquando naturali affectu, aliquando pro alterius miseria, vel pro interna deuotione, vel pro amara compunctione, vel pro temporali afflictione, tandem pro gratuita dilectione. Primo modo Ioseph lachrimas dedit, quando fratres vidit suos in Egypto; Secundo modo, Iob lachrimas emisit pro calamitate sui proximi; Tertio modo, Tobias, quãdo orando cũ lachrimis, sepeliebat mortuos; Quarto modo, Dauid stratũ suum lachrimis rigando; Quinto Hieremias, videndo destructionem Hierusalem; Sextò Apostolus, dum erat memor sui Discipuli lachrimarum Timothei. Vt verò ad particulare descẽdamus, hylari vultu fatendum, quòd Maria Magdalena, sex istis modis lachrimas dederit; Primo modo, pro Christi compassione, Lucæ 23. Mulieres plãgebant, & lamentabantur; &c. Interna quoque deuotione, quando sedens secus pedes Domini, illius verba audiebat; Pro amara verò contritione, dum cæpit, Christi rigare pedes, in Domo Simonis leprosi, & Capillis suis tergere; Naturali verò afflictione, siue

Flere stat multipliciter.

Gen. 44.
Iob. 29.
Tob. 12.
Psal. 6.
Tren. 1.
Tim. 1.
Lucę 23

siue affectu naturali in morte fratris sui; Pro temporali verò afflictione, quando pro destructione Hierusalem, fleuit amare; At hic notetis, lachrimas, tres habere proprietates; Nam sunt Claræ, Salsæ, & amaræ; Vt Claræ, clarificant; Vt Salsæ, pungunt; Vt verò amaræ purgant. Quare cum ieiunio vtiles valde, eo quia his Deo grati efficimur. Hæc intantum. *Not. de proprietatibus lachrimarum.*

Ad præces nostras.



VLTIS, genus humanum opprimi, cum videamus malis, videlicet, ignorantię tenebris, criminibus nefandis, defectibus quotidianis, carnalibusq; vinculis irretiri, vt subleuetur, ne sub vnda peccatorum demergi videatur, ab illo, qui generis humani magnū cognoscit periculum, idcirco supplicans ad eius se debet conuertere pietatem sic dicens. Ad præces nostras deitatis aures, &c. Quod est dictu. ò Deus, aures deitatis inclina quæsumus ad nostras præces, vt perfidus sathan longè recedat à nobis, & Christus suum donet amorem, charitatisque lumen refundat æternum, & fidei, & dilectionis, nobisq; lachrimarum fontem tribuat, desideriaq; præcantium suscipiat. Vnde versus. Supplicum vota suscipe præcamur famuli tui. Tu ergo ò clemens, sola tua pietate, vt præcamur, nos de alto solio sancto, hoc est de sede Patris tui, respice vultuq; sereno lampades illustra, idest accende, siue conscientias illumina claro vultu, nostras, nec non potestate tua, tenebras, siue obscuritates pectore nostro depelle, idest à corde nostro. Insuper ò Christe, crimina tuo lumine laxa sola pietate, hoc est condona, & dimitte nostra pecca- *Hymni materia.*

ta: fordes ablue vincula disrumpe, hoc est malas nostras operationes, quę homines ligatos tenent, quæso frāge. Parce insuper peccatis, releua iacentes, dextera scilicet tua; Tu enim vides, quod in peccatis iacemus, ideo releua, ac nos erige dextera tua, idest virtute, qua illi infirmo multum laboranti præcepisti dicendo, tolle grabatum tuum, & ambula. Iam nosti, quòd sine te, tetro mergimur profundo, idest inferno obscuro, & dum sumus in mundo, labimur alta, sceleris sub vnda, hoc est discurrimus, sub alta vnda peccati. Brachio tamen tuo, idest gratia trahimur ad cæli clara sydera, siue tua potentia. Tu ergo ô Christe, lux vera Patris: tu vera bonitas, & vita: tu mundi gaudium, & pietas immensa: *Tu qui saluasti nos à morte*, sanguine tuo roseo, *idest rubeo*, insere petimus amorem tuum nostris mentibus, refundeque hoc est, iterum funde, vt petimus, fidei lumen nobis æternum, charitatisuè auge dilectionē, hoc est, multiplica nobis charitatis dilectionē; Dona Præterea lachrimarum fontem, nobisque fortia ieiuniorum præpara, atque ministra, carnis quoque vitia retunde, idest reprime, quia sunt innumerabilia. Sed qua via? Certè framea tua, idest Sancti Spiritus gladio, hoc per Dei verbū procul à nobis perfidus absistat, Sathan à tuis viribus confractus, hoc est remoueatur petimus, ita vt procul à nobis Diabolus viribus tuis, idest Christo deuictus. Sanctusque spiritus consolator, & veritatis assistat à sede tua demissus, vt nobiscū permaneat nobisq; liceat dicere, gloria Deo, sit æterno Patri, &c. His in hunc modum positis sciatis velim, quod in hoc hymno, petimus aliqua à moueri à nobis, & aliqua donari, vt puta diuinum amorem, lumen ęternum, fidem, spē, & charitatem, ibi insere tuum petimus amorem, &c. Desunt namque nobis multa, amor nempe erga Crea-

Quid per brach.ū — *Christus lux Patris.* — *Qua via crimina reprimēda.* — *Quæ petenda.*

Creatorem nostrum, fides erga Redemptorem, spes demum erga promissa nobis facta. Charitas deinde erga proximum; Petimus vlterius, mentis cæcitatẽ, peccata, sordes, vincula, & similia relaxari nobis, ac condonari. At hic notetis, quòd varia sortitur nomina peccatum; Nam quandoque macula vocatur, quatenus animæ imaginem deformat; Item reatus, quia ad pænam æternam obligat; Vlterius polutio, quantum ad cõtagionem contractam, ex terrena delectatione; Pæna quoque vocatur, inquantum primi hominis peccatum respicit, in quo natura nostra, corrupta. Item dicitur delictum, secundum quod est recessus à dignitate gratiæ; Item culpa, prout pænã respicit; Rursus offensa, quatenus contra Deum est; Deinceps prçuaricatio, quatenus Dei mandatum respicit; Item vitium, vt dicit bonorum Naturalium defectum; Insuper peccatum, prout dicit conuersionem ad commutabile bonum; Scelus quoque appellatur, quatenus Dei magnam iniuriam respicit; Nefas similiter, quatenus personç perpetranti illicitum; Crimen præterea, prout dignum est, accusatione, & pæna. Tu ergo Domine, larga tua pietate, & benignitate, & clementia, ac misericordia, laxa, condona, ac dimitte nobis crimina nostra; Ablue dico, & absterge nostri corporis sordes omnes, maculas, & vitia omnia; Vincula quoque, idest culpas, siue peccata, quibus vincti sumus, à Diabolo, dirumpe, vt aliquando liceat nobis cum Psalmista dicere: Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo. Soluũtur namque vincula vniuscuiusque, vt D. Greg. ait, dũ Diuino adiutorio interna desideriorum carnalium retinacula dirumpuntur. Hæc satis:

Not. de peccato: Macula. Reatus; Polutio; Pæna. Delictũ. Culpa. Offensa. Præuaricatio. Vitium. Peccatũ. Scelus. Nefas. Crimen. D. Greg.

Ad præces noſtras.
De Amore Dei erga nos.



RO vberiori doctrina eorum, quæ in ſuperiori hymno, ſunt declarata, in præſenti ſermonem facturus ſum de amore Dei erga creaturas, qui vt norunt Docti dicitur eſſe quadruplex; Generalis: Aeternalis: Virtualis, & inæqualis, ſiue ſpecialis. Primo amore, Deus omnes generaliter diligit creaturas; Secundo æternaliter, eo quia ab æterno omnes nouit creaturas; Tertiò cauſaliter, quatenus Amor noſter ab illo Dei cauſatur; Quarto inæqualiter, ſed non ex parte diligentis, ſic enim Deus, æqualiter omnia diligit, ex parte verò dilecti oppoſitū contingit, & hoc ſecundum quod vna res, altera melior, & tunc Dei Amor inæqualis dicetur, immò etiam ſpecialis in eo quod præ alijs, vni creaturæ, maius bonum velit, quam alteri. Cum itaque Deus, omnes creaturas diligat, & ſola amoris retributio, ipſi magis acceptabilis, hinc dicendum, quòd ipſi quoque amor, ſit retribuendus. Vt enim Amor requirit amorem, & amari amare de ſua natura, nec aliter ſatisfiat amori, niſi per amorem, ideo Deo Amor reddendus. Item vt Dei Amor liberaliſſimus, & pretioſiſſimus ſine comparatione, ita quoque proportionabiliter amor liberalis ipſius hominis abſque comparatione precioſior, ac nobilior illis omnibus, quæ ipſe dare poſſet, quapropter primum, quod homo reddere debet Deo pro ſuo Amore, nuncupari habet amor liberalis, vti Dei amor liberalis. Præterea, amoris hominis fundamentum,

Dei amor quadruplex.

Fundam. amoris hominis.

nonne Dei Amor? si sic, igitur Deo reddi habet amor; Vnde in initio hymni superioris, dicebatur Ad preces nostras Deitatis aures, &c. Qui plura desiderat de Dei Amore, Rayn. legat, qui perpulchra dicit in summa sua. *Rayn.*

Vexilla Regis prodeunt.



BI hactenus eo modo, quo potuimus, de tempore pænitentiæ, & de ieiunio loquuti sumus; Nunc superest vt præparemus nos ad Christi passionem Sanctissimam, siue sacrificium, quod de se ipso Patri Christus fecit in Cruce; Dicamus ergo sic, rem ipsam aggredientes. Vexilla Regis prodeunt, &c. Quidam autumant per vexilla, intelligendũ fore baptismum, de quo Christus: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei. Alij dicunt per vexilla, pænitentiam intelligendam, iuxta illud, pænitentiam agite, appropinquabit in vos Regnum Dei. Quidã alij volunt, per Vexillum, corpus Christi, & sanguinem fore intelligendum, ideo apud Io. dicitur. Nisi manducaueritis eius carnem, &c. non habebitis vitam in vobis. Arbitrantur quidam alij, Vexillum Eleemosynam significare, eo quia dixerit Dominus. Date eleemosynam, &c. Verùm nos, magis propriè, & graphicè dicimus, per Vexillum, dominicę passionis Mysteria, necnon pręclara viuificæ Crucis præconia intelligenda, & ideo dicitur. Vexilla Regis scilicet, Christi, prodeunt, siue apparent, fulgetque Crucis Mysterium. i. passio, siue sacrifitium, quod Christus de se ipso fecit, & ideo per totum mundum resplendet, quo Crucis Mysterio, conditor

Hymni materia est Christi passio. *Baptismus.* *Pænitentia.* *Christi corpus, &c.* *Eleemosyna.* *Quid propriè per vexillũ.*

conditor carnis, ideſt humanæ naturæ factor, ſuſpenſus eſt patibulo.i. cruri carne, hoc eſt pro carne noſtra. Quo vulneratus inſuper hoc eſt, quo Crucis patibulo, eſt ipſe Chriſtus vulneratus, mucrone diræ lanceæ, & hoc vt nos lauaret crimine.i. mundaret à peccato. Vnde manauit vnda ſanguine, quatenus tempore paſſionis Chriſti, exiuit de eius corpore vnda.i.aqua, pendentis in cruce. Et ſic, impleta ſunt, quę concinit Dauid fidelis carmine, qui mirabilia dixit, & cantauit, de Chriſti paſſione, dicendo in nationibus.i.gentibus diuerſis, regnauit à ligno Deus, ideſt Dominus, quia poſt paſſionem, ſurrexit glorioſus. Verùm quia in ligno pependit, hoc eſt, cruci affixus fuit, idcirco admirantis vocem proferre poſſumus ita dicentes. Arbor decora, & fulgida.i.pulchra, & ſplendida, ornata Regis purpura, videlicet Chriſti membris purpureis, hoc eſt rubeis, quia totus flagellatus fuit, iuxta illud conſideratione dignum, à planta pedis, vſque ad verticem Capitis, non eſt inuenta in eo ſanitas. Electa digno ſtipite, hoc eſt, ò Arbor à Deo electa, tam ſancta membra tangere.i.Chriſti corpus ſuſtinere; Vel tam ſancta membra tangere digno ſtipite. ideſt in ſancto trunco. Beata cuius brachijs, ſæcli pependit pretium. Verè beata fuit Arbor, brachijs cuius.i. ramis, mundi pependit precium ideſt Chriſtus; Namque talis Arbor, ſtatera facta eſt Chriſti corporis, prædamque tulit tartari, puta inferni. Dum enim in cruce pendebat, ſpiritus in infernum deſcendit, inde omnes iuſtos eripuit, nec vllum de ſuis ibi reliquit. Cum itaque talis Arbor tam digna, & pretioſa ſit propterea, dignum erit, vt huic Aue, his dicamus, verbis. O' Crux Aue ſpes vnica.i. ò Chriſte, qui in cruce hoc paſſionis tempore, pati dignatus es, ſpes vnica noſtra, auge pijs iuſtitiam.i. multiplica illis, qui hoc potiſſimũ tuæ paſſionis tempore,

Quid per crucem.

pore,

pore, pietatem habent, multiplica (inquam) iustitiam, reisque dona veniam.i.peccatoribus contritis, suorum peccatorum remissionem. Te summa Deus Trinitas, collaudet omnis spiritus, quia nos sanguine Christi saluati. Verùm quis vestrum dicere posset, nonne horrendũ videtur spectaculum, videlicet, Christum crucifigi voluisse? Respondetur quod non, quia neque casu, neque fortuna id contigisse dicitur, at bene diuina ab æterno, disponente, voluntate. Hinc discite, non amplius crucem infamem esse, sed decorosam, non amplius tenebrosam, sed bene fulgidam; Non Amplius maledictam, sed omni honore dignam, ex eo quia meruit, tam Sancta membra tangere. Hæc statera facta est; Nam vt statera pondus sustinet, & sibi impositum sustentat, ita Crux ipsa, Christi corpus sustinuit. Laudẽt propterea creaturæ rationales vocaliter Deum, eo quia in crucis statera, sint omnium hominum peccata deletá. Creaturæ quoque aliæ, Deum laudare dicuntur, quatenus sanctissimæ Trinitatis, sunt vestigium. Verùm quo modo? Respondetur, quòd excitatiuè. Quid verò de creaturis irrationalibus dicendum? Respondetur, quòd & ipse Deum laudare dicuntur, inquantum super naturam suam, se obedire Deo ostendunt in suis operationibus. Quo sub sensu, Mare dicitur Rubrum, laudasse Deum, quando ad percussionem Virgæ Moysis, fuit diuisum, & iter filijs Israel præbuit. Item Iordanis aquæ, Deum laudauere, quando ad Dei natum, reuersæ sunt retrorsum; Angeli similiter Deum laudarunt, cælum, terra, & omnia elementa, quando Christo obediendo, natiuitatis suę, signa dederunt. Venti, & Mare galileę, vnde dictum fuit ab alijs, quis est hic, quia mare, & venti obediunt ei? Deo ergo sit honor, & gloria, in seculorum secula. Amen.

Dub. *Sol.* *Cur crux Christi statera.* *Dub.* *Sol.* *Dub.* *Sol.*

Vexilla, &c.
De Christi passione.



RO vberiori doctrina prædeclarati hymni, in animum induxi meum, hodierna die, agere de Christi passione, ne videar sugillari posse, & Primò, de necessitate; Secundò, de acerbitate. Quò ad primum, solet dubitari à Theologis, num fuerit necesse, Christum mori, pro humano genere, siue pati. Hic D. Thom. p. 111. q. lxvi. Ricardus in 3. dist. xx. Art. 1. Alex. de ales in 3. p. suæ summę, & Anselmus in lib. cur. Deus homo, dantes sibi hac in re manus, dicunt duplicem inueniri necessitatem, absolutā scilicet, & conditionatam. Quò ad primam, asserunt, fuisse minimè necesse Christum mori, eo quia vt Deus omnipotens, alijs modis genus humanum liberare poterat, dixit enim, & facta sunt. Verùm loqui volentes, de altera necessitate, scilicet conditionata, tunc fatendum, necesse fuisse, & magis congruum, Christum pati, tum primò ratione satisfationis; Secundò ratione ostensionis, vt scilicet, Deus homini amorem, & suam ostenderet charitatem, & hæc de secto primo. Quan tum ad secundum, est videndum, num Christi mors acerba fuerit, & primo aspectu, apparet, quòd sic, eo quia pars Christi corporis, magis sensibilis ob concursum ossium, neruorum, & venarum, idcirco mors eius acerba valde. Præterea, in locis nernosis, puta in manibus, & pedibus propter fixuras clauorum fuit, igitur valde acerba. His accedit, quòd dum quis sine caussa affligitur, & patitur, illius afflictio magis acerba, sed

D. Tho. Ricar. Ansel.

Dupl. necessitas.

Christi mors acerba.

ba, sed Christus, est sine peccato passus, ideo passionum omnium mors eius maxima. Vlterius nonne omnibus mori graue admodum, & displicet? certè, sic, illis potissimum, qui in flore iuuentutis sunt, at Christus in iuuenili etate, passus est, ideò mors eius nimis acerba, & aspera. Accedit, quòd flagellatus, illusus, & derisus ab omnibus, & inter duos latrones crucifixus, propterea aspera nimis mors eius. Vnde Eccl. sancta in huius rei signum canere consueuit sic. Vexilla Regis, &c. Qui plura de Christi passione intueri desiderat, D. Thom. D. Bonauen. Alensem, & lexicon Theologicum, legat, vbi aurea quidem inueniet. Hæc intantum.

Pange lingua gloriosi, &c.



IN proximo præterito sermone, audiuistis Christũ in cruce positum, latusque suum lancea perforatum, & pro mundi redemptione passum; Similiter ad inferna descendisse, eum Diabolo pugnasse, ipsumque prostrasse, & superasse. Nunc consequenter, ordo, & rei gestę modus describendus, & ideo more Poetico, lingua interpellatur ad nobilem crucis trophæum canendum, his verbis. Pange lingua gloriosi, &c. quod est dictu. ò lingua, manifesta gloriosi certaminis Prælium, à Christo, cum Diabolo factum, qui de cruce ad infernum descendit. Et super Crucis tropheum, dic trimphum nobilem. i. victoriam, & gloriam de fugatis inimicis, & victis; Nam Christus, non solum est passus, verum etiam immolatus, inde totius orbis Redemptor factus. Verùm dicet quis, cur immolatus? certè, quia primus parens, fuit dece-

Materia hymni est ipse Christus, qui est sol iustitiæ.

Dub. Sol.

ptus, & ideo de fraude Protoplausti, facta condolens, dum ei Diabolus dixit, non morieris, quando pomi noxialis, morte morsu corruit; Ipse lignũ tunc notauit, idest Christus, quando Adam peccauit, statuit, ac ordinauit, damna vt ligni solueret. i. vt Christi crux, damnationes, quas pomi comestio contulit, recuperaret. Hoc verò opus nostræ salutis ordo depoposcerat, hoc est post peccatum nostræ salutis hoc opus. i. Dei filius postulauerat, vt incarnaretur, & in cruce mortem sustineret & hoc, vt multiformis Proditoris, ars vt artem falleret, hoc est, Deus, qui omnium artifex, artem falleret. i. multiformis Proditoris. i. Diaboli, qui multis modis Proditor vocatur, deceptiones inquam falleret; Nam Adam de gula tentauit, de vana gloria, & de superbia. Et medelam ferret inde, hostis vnde læserat, hoc est, vt Christi passio medicinam afferret, vnde Diabolus læserat, quia per pomum, hoc est per ligni vetiti inobedientiam, vt sumus damnati, ita per lignum Sanctæ Crucis, saluati. Quando venit ergo sacri plenitudo temporis, hoc est gratia sacri temporis, misit Deus filium suum in ætate sexta in hunc mundum, & ideo dicitur missus ab arce patris, natus orbis conditor, hoc est mundi totius factor, sed à Virgine Maria secundum carnem natus. Vnde atque ventre Virginali, caro factus prodijt, & se mundo manifestauit. Vagit infans propterea, inter arcta, conditus præsepia, idest Christus infans positus inter arcta presepia vagit. i. plangit, vagire enim puerorum, est proprium. Virgo autem Maria Christi mater, interim ligat Christi membra, panis inuoluta, angitque. i. pedes, manusque crura, stricta cingit fascia, idest totum Christi corpus. Quare gloria, & honor Deo vsquequo Altissimo. i. semper, vna Patri, filioque, inclyto paraclito. i. splendenti, cui laus, & potestas per immensa sæcula. Benedictus ergo Deus,

Diabolus cur proditor.

Vagire cuius sit.

go Deus, qui vnigeniti morte sui, inimicum fugauit; Qui primum Parentem nostrum decepit, videns, e Paradiso, se caussa sua deiectum, dolensque dono tali priuari, inuidia motus, qualiter primos Parentes decipere posset, cogitauit, hosque decepit. Verùm quando Deus, hunc Adę casum, atque calamitatem vidit, statim tunc de tali Dæmonis fraude facta primo Parenti, dolens notauit, & præordinando lignum suæ crucis signauit, vt ligni damna, recuperaret i. facti iniusti. Et hic ordo salutis nostræ, ineffabile hoc depoposcerat, vt Deus nempe, humanam carnem assumeret, crucisque tormentum subiret, & per lignum damna pomi solueretur vt Deus omnium rerum artifex, proditoris Diaboli artem destrueret. Hæc satis.

Pange lingua, &c. Quòd Deus, est nostrum bonum.



MAGNOPERE, Nobilissimi Auditores, laudare, magnificare, ac benedicere, Deum Patrem æternum, cum in nobis, sit omne bonum, debemus; Nam vt Psal. ait. Factus est Dominus refugiũ pauperum; Insuper, adiutor in tribulationibus Psal. ix. non enim quærentes se, derelinquit. Vnde Psal. ix. Non est oblitus clamorem pauperum; Rursus, Psal. ix. Exaudiuit Dominus desiderium Pauperis, &c. Insuper, Psal. x. Iustus est Dominus, & iustitiam dilexit, & equitatem vidit vultus eius. Præterea, propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam,

Psal. 9. *Psal. 9.* *Psal. 9.*

gam, dicit Dominus. Defensor quoque vitæ nostræ. Est, & glorificator timentium se; Est pars hæreditatis nostræ: spesque nostra. Est qui illuminat tenebras

Psal 17. nostras vt Psal. xvij. habetur. Fortitudo nostra, firma-
Psal. 18. mentum, refugium, & liberator, vt ait Psal. 18. Diligam te Domine, fortitudo mea, &c. Ipse est, qui conscientias illuminat nostras, vt est videre apud Psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ, non confundentur. Est fons vitæ, vt habetur
Psal. 33. Psal 30. Quoniam apud te, fons vitæ, & in nomine
Psal. 30. tuo, videbimus lumen. Turris fortitudinis à facie inimici; Pater orphanorum, & iudicis viduarum; Dux
Psal. 67. itineris nostri, vt habetur Psal. 78. Patientia nostra;
Psal. 78. Psal. 70. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus nostris. Qui sanat omnes infirmitates nostras; Qui redimit de interitu, vitam nostram; Qui coronat nos, in sua misericordia; Qui replet in bonis desiderium suum; Qui eripit animam de morte, & oculos nostros à lachrimis; & pedes à lapsu; Paruulos custodit; Cordis arcana, siue abscondita, nouit; Sanctos suos non derelinquit; Impulsos, & euersos, ne cadāt, Dominus suscipit. Nulli ergo sit mirum, si liberandi genus humanum, vt in superiori hymno audiuistis, opportunum inuenerit medium, est enim omne nostrum bonum. Hæc intantum.

Lustris sex, &c.



CAVSARVM Causa, mihi fauete, sum hodie, vobis expositurus, hymnum præsentem, de cuius materia agam Primo; Insuper, versus hymni, enodabo. Quò ad primum,
Materia hymni. hymni materia, est de Christi passione, hoc est de tempore, in quo passus sit ipse. Quò ad

ad secundum, ita fandum. Lustris, &c. Arbitror, vos scire, lustrum duo significare, videlicet, animalium habitatulum, siue ferrarum, à luto dictum, eo quia lacuna, lutosa; Vel spacium annorum quinque, de quo hic. Lustris sex, puta completis, idest annis triginta, complens Christus, siue habens, iam corporis sui tempus completum sex lustris, est enim passus in annorum numero isto, & ad hoc natus. Vnde passioni deditus, Agnus in Cruce leuatur, idest Christus. Qui Agnus, non sine caussa, dictus. Nam vt Agnus ad macellum ductus, non conqueritur, Christus non secus ad mortem ductus; patienter crucem sustinuit; & in cruce à Iudæis leuatus, immolatus stipite, idest in cruce occisus. Quæ verò tormenta passus, hisce declaratur carminibus. Hic acetum, fel arundo, hoc est Iudæi in Cruce fel Christo cum aceto dedere, caputq; eius percutientes, vt coronæ spinæ cerebrum perforarent suum; Post hæc sputa, claui lancea, mite corpus perforatur, sanguis, vnda profluit. Ecce cruciatus, quos pro te misero peccatore, est passus Christus; Nam Christo vinum cum felle mixtum dederunt bibere, & arundini spongiam aceto plenam imposuere, & ori eius obtulere; Insuper, faciem suam conspuere, nec non clauibus tribus affixere, qui cruciatus desdignant tres, quos in Cruce, Christus passus, puta in corde, in corpore, & mente. His accidit, quòd lancea latus eius perforatum fuit, ac vulneratū; Caput corona spinea decoratum. Vnde ex Christi corpore, sanguis, & aqua profluit, idest à latere eius exiuit, vt ex isto sanguine, & vnda, omnium hominum infatuata natura, siue in insulis, siue in terra, siue in mari, degens, à vitijs, & peccatis purgaretur, videlicet per Christi sanguine, & aqua. Vnde, sanguis vnda profluit, terra pondus, astra mundus, quo lauantur crimine. Auditores Præstantissimi,

Quot significet lustrum.

Cur Christus Agnus.

Quot Christus pro te passus.

Tres cruciatus Christi.

Suauitates septē. mi, circa Christi passionem, suauitates velim, notetis septē; Prima respicit capitis eius inclinationem ad osculum, in signū nostræ reconciliationis; Brachiorum extensio altera ad amplexum, in signum pretij redemptionis nostræ, & ablutionis; Clauorum in manibus, & pedibus infixio, tertiò facta, in memoriā recordationis nostræ; Corporis denudatio quartò, in nostræ Confessionis exemplum, quæ debet esse nuda; Crucis portatio quintò, in nostræ imitationis exemplum; Coronæ verò spineæ, sexto impositio, in figuram glorificationis nostræ; Crucis tandē portatio, in signum, & exemplum nostræ imitationis. Christus ergo in sexta feria, dormiens in Cruce, sanguinem, & aquam emisit, vt terreni homines, qui de terra creati, & de terra loquuntur, & pontus, idest Mare, siue peccatores vitijs fluctuantes, & astra .i. iusti, vt adhuc Iustificentur, & Mundus, hoc est mūdani, & omnis homo in Eccl. Dei, lauetur volens, & purgetur. Quare omnes clamare deberent, exclamatione lætitiæ plena, ita dicentes. Crux fidelis inter omnes, Arbor vna nobilis: Nulla silua talem profert, idest facit, ac producit Arborem fidelem, fronde, flore, germine, hoc est odore, viriditate, & radice. Crux ista fidelis profectò, atq; Arboribus omnibus, dignitate, & eminentia sublimior, cuius cacumē cælos tangit, quinimò, omnibus superior. Salubrior quoque arboribus, & fructuosior; Non enim poma mortifera profert. Hæc equidē Arbor vnica est, sola nobilis, & generosa, quæ Christum florem, protulit verū. Qui flos verus dictus, quatenus de vtero Mariç Virginis, absque feditate vlla, & macula, processit. Dulce ergo lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinet. Dulce crucis lignū fuit pro nobis, dulces clauos, quos pro nobis sanctus sustinuit. Dulce pondus, in eo quod Christum sustinuit. Flecte propterea ra-

Cur Christus flos verus.

mos arbor alta, idest Christi membra humilia quæso, in te enim mundi pependit prætium. Tensa, laxa viscera Christi in te extensa, Arbor alta, idest relaxa, duritiesq; illa molescat, quam natura tibi dedit, vt tendas in miti stipite; idest in cruce membra superni Regis Christi. Debes ideo ô arbor alta, ramos tuos flectere, quia tu sola digna fuisti, ferre sæcli prætium, atque portum præparare. Natura mundo naufrago: quem sacer cruor perunxit, fusus Agni corpore. Hic sæcli prætium Christus appellatur, eo quia Mundus iam perditus, per suam mortem, est redemptus; Potest deinceps, dici sæcli prætium, quia triginta Argenteis, fuit appretiatus. His notandum de Cruce accedit, & est cur Nauta Crux dicta, certè pulchra Metaphora; Nam Nauta ad portum, vt recto tramite pereginos ducit, ita Crux Christi genus humanum ad æternæ salutis duxit, & direxit statiõē, & ita mundo naufrago, toti scilicet, humano generi tutum præparauit, ac tranquillum portum.

Secli qđnam sit pretium.

Notā. de Cruce.

Dicamus itaque hylari vultu nos Christiani. Gloria, & honor Deo, vsquequo altissimo: vna Patri, filioque inclyto paraclito, cui laus, & potestas, per immensa sæcula, cruore namque Christi fuso, idest sanguine, iam liberati sumus à morte. Amen.



Lustris sex, &c.
De Christo hic.



RBITROR, satis commodè in superiori, tractatum fuisse de Christi passione; superest modo ex consequenti verba facere de Christo ipso, qui tot, ac tanta pro nobis, est passus. Est namque ipse, qui peccata nostra lauit in sanguine suo; Qui delicta nostra in corpore suo, super Sanctæ Crucis lignum portauit; Est insuper, ille in quo Deus omnem nostram iniquitatem posuit, vt mortui peccatis, viuamus; Est Pastor bonus, qui animam suam posuit pro ouibus suis; Est etiam ipse, per quem ad Deum accedimus; est fons viuus omnium gratiarum, & benefitiorum; Est noster tesaurus, ad quē aspirare debemus; Nam clamat ipse dicens. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, & alibi, si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Hinc Apostolus
Ad hæb. 4. Hæb. 4. nos adhortatur ad eum ire, his verbis. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ, vt misericordiam consequamur, peccata confitentes nostra, infirmitatemque nostram, sumus etenim infirmi multis modis. Christus verò vt verus medicus, qui pro nobis, est crucifixus; proculdubio ab omni nos curabit infirmitate, vti cæcum natum, Cananeam, & vatē à delicto suo. Extollamus itaque vocem nostram ita dicentes: Peccauimus Domine super arenam Maris, & multiplicata sunt peccata nostra, & non sumus digni videre altitudinem cæli præmultitudine iniquitatum nostrarum, tu ergo Rex nostri, vt quæsumus ex corde miserere. Amen.

Ad cænam Agni, &c.



VBI. Eccl. sancta, ad pænitentiã nos, est adhortata, nec non de Christi passione loquuta, consequenter intendit inuitare nos ad cænam sacratissimi, & noui testamenti, quod potissimum amplectitur, & approbat. Num verò res ita se se habeat, audite, sic etenim ait. Ad cænam Agni prouidi. Vbi immaculatum, impollutum, & innocentem noui testamenti, fortem videlicet, & victorem canit: Nosque pariter admonet, vt cum puritate, & munditia, Sacrosanctum Christi corpus sumamus, in hoc potissimum sacratissimo Paschali tempore. Quare ait. Ad cænam Agni prouidi, idest vocati. Christus præter tacta, Agnus dici potest, quò ad carnem sumendũ, & eius sanguinem. Sed qua puritate, ac sinceritate, his patere potest verbis dum subditur, & stolis albis candidi, i. virtutibus, post transitum Maris rubri, pulchri. Mare Rubrum, vt vos non lateat, dici solet, eo quia Iudæi liberati sint à Pharaone per Mare rubrum, cum prius in dicto mari, submersi, vt ergo illi, ita & nos à Diabolo per mortem, & Christi pasionem liberati, nec non per eius Resurr. Christo Principi canere debemus, atque laudare eum de morte, passione, & Resurr. Cuius corpus sanctissimum in Ara crucis torridum: Cruore eius roseo, gustando, viuimus Deo. Quod est dictu tali Paschatis festo; nos gustando .i. sanctissimum Christi corpus accipiendo, quod pro nobis in ara crucis fuit torridum .i. valde afflictum, cruore roseo, dum scilicet de eius corpore, sanguis profluit, ac fusus est. Nos ergo tale sumentes corpus dignè, vt do-

Materia hymni.

Idest vocati.

Christus cur Agnus.

Mare cur rubrum.

cet Apostolus, proculdubio Deo viuimus. Vnde defensi, ac seruati Vespere Paschatis.i. in vltima ætate Paschatis, vt hic habetis. Protecti Paschæ Vespere, à deuastante Angelo percutiente primogenita Aegypti ab homine vsque ad pecus, erepti de durissimo Pharaonis imperio, ita nos Christiani liberati per Resurr. Christi ab imperio Pharaonis .i. à damnatione Diaboli. Princeps namque noster, tam fortiter dimicauit, vt Diabolum vicerit. Quare inuitanti ad cænam vt valeamus esse grati, operam dare debemus, vt prudenter, vesteque multiplici, fide nempe, bonisque operibus induti, postque pænitentiæ tot labores, Christo canamus Principi. Iam Pascha nostrum Christus est, eo quia de mundo transiuit ad Patrē: Pascha namque dicitur transitus. *Vt nostrum* ergo Pascha, Christus, de hac vita ad æternam nobis transire concedat. Qui immolatus Agnus est, hoc est, qui pro nobis, est occisus. Sinceritatis azima, caro eius oblata est. Quod est dictu: caro eius.i. Christi, vel eius.i. sinceritatis, & puritatis, oblata est azima, vel oblata.i. occisa, siue sacrificata; azima.i. sine fermento, & amaritudine, eo quia pura, & immaculata. ò verè digna hostia .i. oblatio, quia Christus, spontè, est oblatus, cruciq́ue voluntariè affixus. Per quam fracta sunt tartara, idest per quem Christum, infernalia loca, sunt fracta; Nam inferno spoliato, sathanaq́ue deuicto, Ressurrexit Christus ad victoriam de sepulchro. Insuper plebs captiuata, est redempta.i. gens liberata, vt animæ præcipuè Sanctorum; Nam hisce vitæ æternæ dedit præmia, vti nobis cum Christus surrexit tumulo .i. quando de sepulchro victor redit de baratro, Tyrannum tradens vinculo, & reserans Paradisum. Christus certè victor, dum de inferni exiuit fouea, concludens tyrannum.i. Diabolum, vinculo, & suis fidelibus aperiens

Quid Pascha.

Para-

Paradiſum. Quæſumus ergo ò auctor, ſiue factor, & omnium rerum Creator, vt in hoc gaudio Paſchali, tuum defendas, ab omni mortis impetu, Populum. Meritò hoc nobis faciendum; quia de hoc mundo Chriſtus ad Patrem tranſiturus, cænam fecit in memoriam ſuę paſsionis, & in ſignum ſpiritualis refectionis. Dominus Albertus Lucę xiiij.narrat, Chriſtum cęnas quatuor facere; puta cęnam in refectione Doctrinæ; In refectione virtutis, & gratiæ; In refectione Euchariſtiæ,tandem cænam in refectione gloriæ. Primam Chriſtus, facit in intellectu contemplationis; Secundam, in voluntatis affectu; Tertiam,in corde,& fidei guſtu; Quartam, in patria, videlicet in ſuæ dulcedinis aſpectu. De prima dicitur: Ego ſto ad oſtium, & pulſo, &c. De ſecunda, Iudith.6. Ozias, ſuſcepit Achrior in domum ſuam, expleto conſilio, & fecit cęnam magnam. Vbi ozias Dei fortitudo interpretatur,& Dei virtutem,ſiue fortitudiuem ſignificat. De cæna tertia,ait Apoſtolus. Probet autem ſe ipſum homo,&c. De quarta Eſdrę. 3. Volentes itaque ad cęnam tertiam accedere,ſint prouidi: Candidi:ſtolis albis,vt nullus ſit peccati mortalis conſcius, ne ſibi poſſit dici illud quod ſequitur,qui manducat, & bibit indigne,iudiciũ ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini? Hæc ſatis.

Cæna quadrup.

Iudith.6.

Eſdra 3.

Ad cænam, &c.

De ſacramento Altaris.



E cæna facta à Domino ſuis Diſcipulis, hoc eſt de Sacramento Altaris loquuturus hodie hac via,hac ſerie, hocuè ordine procedam; Nam primò, quid ſit aperiam; Secundò, Materiam; Tertiò, formam; Quartò miniſtrum; Quintò

Quantò vtilitatem. Quantum attinet ad primum, *Quid Eucharistia.* Eucharistia, nil aliud est, quam Sacramentum corporis, & sanguinis Christi, sub speciebus panis, & vini contentum, virtute verborum à Sacerdote Prolatorum. *Vnde dicatur.* Et dicitur ab eu, quod est bonum, & charis, quod est gratia, quia in illo continetur ille, qui est fons omnis gratię. i. Christus, de cuius plenitudine gratiam pro gratia accepimus. *Materia.* Huius verò materia, duplex, panis, & vinum; sed non omnis panis, nec omne vinum, at de tritico factus, siue confectus aqua elementali. Vinum quoque de vite, quia nequit hoc Sacramentum fieri in alio liquore, vt puta in aceto, in agresta, & similibus. Cur autem duo hæc potissimum, magisque materia huius Sacramenti, audite, Christus namque grano frumenti, se comparauit primò, vt habetur Io. 2. *Io. 2.* Nisi granum frumenti cadens in terram, &c. *Io. 13.* Viti secundò, vt habetur Io. xiij. Ego sum vitis vera, &c. Iuremerito igitur hoc Sacramentum fieri dicitur ex pane, & vino, vt diximus. Cuius forma, in certis verbis determinatis, ac limitatis consistit secundum latinos, vt puta quantum ad consecrationis formam sic. Hoc est .n. corpus meum. Consecrationis verò forma sanguinis, hęc. Hic est enim Calix sanguinis mei, noui, & æterni testamenti, &c. Vbi variæ Doctorum extant opiniones, tam de forma corporis, quam sanguinis Christi, quas consultò, & breuitatis caussa omitto, & veritatem hanc esse fateor, quam paulo ante dixi. *Minister.* Agamus modo de ministro huius Sacramēti, ita dicentes, quod sit Sacerdos, ritè, & legitimè ordinatus, sine peccato mortali existens, cui celebrare non sit prohibitum, multi enim sunt, qui celebrare possunt, at nō debent, vt Sacerdotes hęretici, excommunicati vel schismatici, vel degradati. *Vtilitas sacramēti.* Vt sermo tandem noster, claudatur, agendum erit de vtilitate Eucharistiæ, vtilis enim est cœ

na hæc

na hæc Primò dignè sumentibus, videlicet, quantum ad gratiæ susceptionem; Secundò, quantum ad intellectus illuminationem; Tertiò, quantum ad peccatorum remissionem; Quartò, quantum ad spiritualem delectationẽ; Quintò, quantum ad victoriam inimicorum, puta Dæmonis, mundi, & carnis; Sexto, quantũ ad virtutũ corroborationem; Septimò, quantũ ad Dei amoris inflamationẽ; Octauò, quantum ad fomitis mitigationem; Nonò, quantum ad pœnarum satisfactionem; Decimò, quantum ad Spiritus sancti donorum conseruationem; Vndecimò, quantum ad perseuerantiam in bono; Demum, quantum ad Regni gloriam æternam. Ad cœnam ergo Agni prouidi, vt quæ diximus, valeamus consequi. Amen.

Rex sempiternæ gloriæ.



CVPIENS hodierna die, panegyrico sermone, Christi triumphantis originem, æternitatemq; quam ipse habet cum Patre decantare, nec non affirmare omnium factorem esse, vna cum Eccl. Sancta, sic dicam. Rex sempiterne Domine, &c. idest ò Domine Rex æterne, omnium Creator, qui eras ante sæcula, idest ante mundi cõstitutionem, semper cum Patre filius, quia illi æternus. Qui mundi in primordio Adam plasmasti hominem, hoc est formasti in mundi principio, cui dedisti vultum similem, tuæ imagini, & hoc per rationem tuæ imaginis, quem vt puta Adã, Diabolus, hostis, & inimicus humani generis, in paradiso cum deceperat, cuius tu formam corporis assumere dignatus es, idest, qui homo voluisti fieri, vt hominem, solita tua charitate, redimeres, quem ante iam *Hymni materia.*

te iam plasmaueras, & nos redimendo coniungeres per carnis contubernium, idest per vnionem, siue per habitaculum. Quem editum ex Virgine pauescit omnis anima, idest omnis rationalis, Spiritus pauescit, idest miratur quem, idest per illum, iam ex Virgine beata, natum. Per quem, & nos quoque deuota mente, credimus resurgere, cum venerit iudicare viuos, & mortuos, cum bona operatione. Ipse namque est, qui nobis per baptismum, donauit indulgētiam, purgatur etenim in baptismo originale peccatum. Qui crucem propter hominem, suscipere dignatus est, vt liberaret hominem à potestate Diaboli, & à vinculis conscientiæ, quibus homo erat ligatus. Vnde dedit sanguinem suum in prætium nostræ salutis, & hoc est, quod vna cum Eccl. ouantes, decantare valemus, ita dicentes. Qui crucem propter hominem, suscipere dignatus es, dedisti tuum sanguinem, nostræ salutis pretium. Te ergo Domine Deus, qui Cælum, terram mare, & omnia creasti, volatilia, quadrupedia, & reptilia, &c. quique semper cum Patre, filius, non secus ac lumen cum sole, non enim sol vnquam sine lumine, ita nec Pater in diuinis sine filio, quæsumus, vt nos ab omni mortis impetu defendere digneris; Nam serui formam accipere voluisti in hominumq; similitudinem fieri, vt hominem in Adam per Diabolum iam deceptū, redimeres. Quare per vnionem, vel coniunctionem, siue habitaculum humanitatis, idest cum humana natura factum in vtero Virginali, per incarnationem verbi Dei, vnde Io. 1. & verbum caro factum est, succurre nobis miseris, vt te dignè laudare possimus. At ex prætactis, velim notetis, dari quatuor modos, quibus homo produci potest; Primus fuit, nec de viro, nec de muliere, sicut Adam. Vnde Adā plasmasti hominem; Secundus, fuit de viro sine muliere,

Not. de quadruplici productionis modo.

liere, sicut Eua; Tertius, de viro, & de muliere, vt in natis omnibus concupiscibiliter; Quartus ad vniuersi complementum, vt homo de muliere fieret sine viro, per virtutem operatoris, vt hic patet in proposito de Christo. Qui non solum in corpora humana, sed etiam in naturam incorpoream, imperium habet; Nam quando sibi placet, Angelos suos spiritus facit. Huic ergo cantemus, quia nos redemit. Amen.

Rex sempiternæ gloriæ. De Miraculis.



ADsis mihi omnipotens Deus, Cæli, terræ, & omnium Creator, qui es, vt de miraculis, verba aptè facere possim, hoc ordine; Primò docendo, quid sit Miraculum; Insuper, in quotuplici discrimine, sit miraculũ.

Quantum ad primum; Miraculum, est quicquid præter naturæ vsum, euenit, & ideo in admirationẽ nos trahit. Venit deinde miraculum à miror, Vnde mirari propriè, est re aliqua tanquã noua, obstupefieri; Mirari etiam aliquando, nil aliud est, nisi cum voluptate, & delectatione intueri, & aliquando venerari. Hinc admirabile, idest admiratione plenum. D. Aug. incideris in sermonem de miraculo in de vtilitate credendi, ait. Miraculum, est arduum aliquod, & insolitum supra spem, & facultatem, existens admirantis. Quot autem sint de miraculi ratione, audite; tria etenim sunt. Vnum est, quod fiat per potẽtiam actiuam supernaturalis agentis; Alterum, quòd non sit in materia aliqua dispositio, nisi pura poten-

Quid miraculum.

D. Aug.

Quot de miraculi ratione sint.

tia obedientiæ ad hoc quod in ipsa, vel de ipsa fiat opus illud, quod miraculum dicitur. Vnde D. Aug. lib. primo retract. cap. 13. ait, quod si solita essent, miracula nõ essent. Sed quamuis non omne mirum, vel mirabile, sit miraculum, attamen omne miraculum, & est mirabile, & est mirum. Et propter ista tria dicitur, quòd miraculum; est opus arduum præter naturæ cursum, & insolitum. Hic notetis, miraculũ duobus posse cõtingere modis, videlicet quò ad rem factam, vel quantum ad faciẽdi modum; Primo modo, quando res, vel effectus producitur, causa naturali secunda non concurrente, aut in subiecto, nõ habente ordinem naturalem ad talis effectus susceptionem. Exemplum primi, vt creatio noui effectus insoliti, secundum se totum de nihilo; Exemplum secundi, vt suscitatio mortui cadaueris, & illuminatio cæci nati. Quotuplicia verò miracula sint, nunc audite, sunt enim duplicia, vera, & falsa, siue mendacia. Vera secundum Gabrielem illa dicuntur, quæ ad finem bonum ordinantur, & fidelium salutem; Miracula autem falsa, quæ ad deceptionem ordinãtur, & credentium subuersionem, vt illa mendacia, Vnde Demonum miracula, sunt signa falsa; & prodigia mendatia, & ideo huiusmodi miracula, siue fiant per veram rerum transmutationem, siue per apparentiam solum, & illusionem, falsa dicenda, & mendatia signa. Quo autem modo, miraculum, signum, & prodigium differant, nunc dicam: Nam signa, sunt miracula parua; Prodigia verò sunt Magna. Vnde de beato Stephano dicitur, quòd plenus gratia, & Spiritu Sancto, faciebat signa, & prodigia magna in Populo. Signum verò, est facere ranam; Miraculum, est vtriusque commune. Quid miraculum hactenus dictum, quo autem modo, miraculum, & mirabile differant, legite Lexicon Theologicum

D. Aug.

Not. de Miraculo.

Quotuplicia miracula.

Quæ vera.

Quæ falsa.

Discrimẽ inter signum, & miraculum.

Quid signum.

logicum in dictione, Natura, vbi clarè hoc habetur. De miraculo verò Compendium Theologicæ veritatis pag. 73. & Rayn. in summa sua, litera M. Hæc intantum. *Rayn.*

Aurora lucis rutilat.



ARMINE laudatico, Christi laudes & præconia in superiori cecinimus; Nunc festinandum ad sanctissimi huius Diei auroram, contemplandi gratia, miracula in inferno, & in terra à Christo facta, ideo præ iubilo exclamantes, ita dicemus. Aurora lucis rutilat, &c. quorum verborum hic sensus. Aurora .i. Dei Eccl. nec mirum, vt enim tenebras corporales aurora expellit, non secus Eccl. sancta vitia nostra. Vel sic. Aurora .i. Dies est, in qua Christus Resurrexit, mortisque vires confregit, infernum pede suo conculcauit, nec non potentia sua, miseros à pæna soluit .i. Patres antiquos. Ecce ergo aurora lucis rutilat .i. Resurrectionis Dies Christi, resplendet, cælumque idest fidelium cõgregatio intonat, ac vociferat laudibus .i. cum laude, loquendo de existentibus tunc temporis in limbo. Mundus quoque exultans iubilat, idest populus purus, & fidelis cantat, at gemens infernus vlulat .i. Diabolus vociferat, eo quia Sanctos Patres amiserit, quos prius præmanibus tenebat. At quando hoc fuit? Certè cum Rex ille fortissimus, mortis confractis viribus. Cur Christi autem fortitudo in superlatiuo gradu, audite; Nam id pro tanto fieri dicitur, quia scilicet omnes alias fortitudines excedit, ideo mortis fregit vires, fractis viribus mortis .i. Diaboli, quem viuit, & superauit, pede conculcans

Res considerata hymni. *Quid per Aurorã.* *Dub.* *Sol.*

tartara, ideſt ipſe Chriſtus poteſtate ſua, tartara .i. Diaboli poteſtatem, ſub pede ſuo poſuit. Vnde ſoluit à pęna miſeros, hoc eſt in limbo exiſtentes, & in miſeria ratione dilationis, à Diaboli pęna liberauit. Ille vt puta, qui clauſus lapide.i. Chriſtus fortiſſimus, qui ſub monumenti lapide clauſus, cuſtoditur ſub milite.i. ſub militibus, vbi numerus ſingularis pro plurali poſitus, ita quod milites Chriſti corpus cuſtodiebant in monumento, ne Diſcipuli furarentur tale corpus, vt Iudæi peruerſi, perperàm opinabantur. Verùm triumphans pompa nobili Chriſtus, .i. vincens Diabolum nobili pompa.i. victoria, victor propterea ſurgit de funere .i. morte, virtute propria, ſolutis iam gemitibus.i. Sanctorum Patrum doloribus, qui in inferno erant, ex quo extracti, quia ſurrexit Dominus, reſplendens clamat Angelus, qui dixit mulieribus, ſurrexit Dominus, ite, & dicite Diſcipulis, & Petro, quia præcedet vos in galileã, qui prius cum lapide, erat clauſus. De quo triſtes erant Apoſtoli.i. meſti, de nece.i. de morte ſui Domini, quem pęna mortis crudeli, ſerui damnarunt impij .i. non pij, ſed crudeles nimis. Sermone blando Angelus, &c. quod eſt dictu, ideo prædixit.i. ante dixit Angelus Mulieribus, dulci, ac blando ſermone, in galileam Dominus, videndus eſt quam totius ideſt citius. Confirmari hæc veritas poteſt per verba Domini, ſuis ita dicentis Diſcipulis. Poſtquam autem Reſurrexero, præcedam vos in galileam. Ille dum pergunt concitæ, hoc eſt Sanctæ Mulieres, dum vadunt anxiæ.i. concitæ, & cum diligentia, Apoſtolis dicere, præ timore, dolore, ac terrore Iudæorum, videntes eum viuere, oſculantur pedes Domini perforatos. Quo agnito Diſcipuli, ideſt, hac re perſpecta, quòd Chriſtus à mortuis Reſurrexit, in galileam propere .i. feſtinanter vadunt videre faciem deſide-

Cur Chriſti ſepulchrũ cuſtodibus traditũ.

ratam


ratam Domini. Claro verò Paschali gaudio, sol mundo nitet radio. i. Christus, qui sol dicitur, nitet mundo, atque resplendet suo, radio, hoc est sua Resurrectione. Hæc Dies ergo quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea. Christum iam Apostoli, visu cernũt corporeo. i. corporali aspectu, licet illorum quidam dubitauerint, de resurrectione. Vnde subditur; Ostensa sibi vulnera. i. ex quo Christus, suis ostendit Discipulis vulnera fulgida. i. valde lucida, ad modum stellę, quæ in Christi erant carne, surrexisse Dominum, voce fatentur publica. Tunc Apostoli, hoc videntes, apertè sunt confessi, à mortuis, Resurrexisse Christum. Rex ergo clementissime Christe, ac pijssime, tu corda nostra, quæsumus possi de, vt sicut tui Apostoli, tibi crediderunt visibili, nos quoq; credamus, vt credimus, Resurrectuam iuxta illud Euang. Beati, qui non viderunt, & crediderunt, vt tibi laudes debitas, reddamus omni tempore vitæ nostræ. Tu enim, es illa Dies, cuius aurora, infernus, siue Diabolus vlulat, ac plangit, de illorum amissione, quos mortuos tenebat prius, vt puta, Adam, Abraam, & alios. Tu victor, ideo gemitus, sunt soluti, quos diu Sancti Patres, sunt passi. Solue quoque vincula nostra, vt tibi demus gloriam. Amen.

Quid per Solem.

Aurora

Aurora lucis rutilat.

De Christi differentia, & Diaboli.



T animi mei vehemens applicatio, sit ad tractandum de Discrimine inter Christum, & Diabolũ reperto, ita exordiar dicendo, quòd Christus, & Dæmon, licet Duo sint Duces militum, ac ingentes bellatores, nihilominus, valde differentes, & in verbis, & in factis: Nam Christus ait, humiliare ò anima mea, & Diabolus, ascendam in cælum, &c. Christus dicit, factus sum similis Pelicano, at Diabolus, ero similis

Discrimẽ iter Christum, & Diabolũ.

2 altissimo. Præterea, Christus dicit: Discedite à
me, qui operamini iniquitatem, sed Dæmon, exalta-
3 bo solium meum. Vlterius Christus ait: si dixe-
ro, quia non noui eum, ero similis vobis mendax,
at inimicus homo, Dominum nescio, & Israel igno-
4 ro. Christus deinde ita dicit. Vlpes foueas ha-
bent, & volucres cæli nidos, &c. At Dæmon reuertar
5 in domum meam, &c. Rursus, Christus ait: Re-
gnum meum non est de hoc mundo, at Diabolus,
hæc est Babilon, quam in sempiternũ ædificaui, &c.
6 Deinceps Christus ait: Anima, quæ peccaue-
rit ipsa morietur, sed Dæmon, nequaquam mo-
7 riemini. His accedit, quòd Christus, non quærit
gloriam suam, at Diabolus, honorem meum nemi-
8 ni dabo. Insuper, Christus ait: Ego sum via, ve-
ritas, & vita, sed Dæmon, ego sum mendax in ore ho
minum. Quo verò ad opera, num Christus, & Dia-
bolus

bolus differant, audite; Nam Christus de cælo in terram venit, vt homo fieret, at Diabolus in cælũ ascendit, vt voluntate inordinata, tentaret fieri Deus.
2 Christus deinde serpentis Aenei formam assumere, visus est, sanandi gratia, at Dæmon se fecit ser-
3 pentem decipiendi caussa vt factum. Christus hominem loqui benedictionem facit, at Diabolus ma-
4 ledictionem; Christus resuscitauit Apostolos, at Diabolus occidit Prophetas. Vnde Apostolus dicere consueuit, quænam conuentio Christi ad Belial? Lucis ad tenebras? Aurora ergo lucis rutilat, vt in initio hymni tactum. *Apost.*

Iesu nostra Redemptio.



DE Christi Resurrectione hactenus, cum gauisi fuerimus, ex consequenti agendum de eodem Christo erit, qui per suam ascensionem, sedet ad dexteram Dei Patris. Vnusquisquè ergo nostrum, cupiens esse in cælo, & ipsum amplecti, desiderio ardenti, vna cum Eccl. Sancta dicet. Iesu nostra Redemptio, &c. quod est dictu. ò dulcissime, qui nostra es redemptio, Amor, & desiderium, idest desiderabils, & desiderium, quatenus ad te venire desideramus; Tu quoque creator omnium, idest, qui omnia creasti, & es homo in fine temporum, & quia in vltima ętate ista, quæ nũc est cárnem assumpsisti, quæ te vicit clementia, hoc est, quanta clementia, pietas, & misericordia, quam erga nos habuisti, te constituit, vt ferres nostra crimina, idest portares nostra peccata, idest peccatorũ nostrorum penã? Crudelem mortem patiens; idest sustinens, vt nos à morte tolleres, idest liberares. Inferni *Materia hymni.*

ferni Claustra penetrans, idest tu frangens inferni claustra, & tu redimens, siue liberans ab inferno tuos captiuos, hoc est, qui præcipuè de tuo populo fuere: Victor propterea triumpho nobili, idest victoria, vt sæpè sæpius diximus; ad dexteram Patris residens, idest vt nobilis victor. Quare, ipsa te cogat pietas, quæ tam diram sustinere, constrinxit mortẽ, vt mala nostra superes .i. peccata nostra dimittas, parcendo, & voti compotes, idest nostri desiderij, siue voti, facias nos compotes; nec non vultu *tuo .i.* præsentia saties. Quæsumus insuper tu esto nostrum gaudium, qui es futurus præmium, & gloria nostra post hanc vitam, digneris esse in præsenti tempore gaudium nostrum, vt hic, & in futuro, sit semper in te gloria, & nostrum gaudium. ò ardens *Christi charitas*, qua nos redemit; ò firma spes nostra, & gaudiũ nostrum; ò Iocunditas merentium; ò Æternitas viuentium; ò sanitas languentium; ò Vbertas egentiũ; ò satietas esurientium, nos tuo quæsumus vultu saties, quod erit in Patria. Amen.

Iesu nostra Redemptio.

De nominis Iesu excellentia.

EX diuinis oraculis, de facili poterit cognosci, quantæ dignitatis, & perfectionis, in veteri testamento fuerit sẽper nomẽ Iesus. Quod sonat, vt vos non fugit, salutem. Vnde Iesus, idest salus, siue saluator vt scripsit Gerson. p. p. in sermone circumcisionis; de quo etiam Gabriel in sermone de Circumcisione Domini. Hoc nomen Iesus, si sit nomen impositum

Gerson.
Gabr.

personæ verbi subsistentis sub vtraque natura, diuina, & humana, sic nec quidditatiuè continetur sub ly homo, nec sub ly Deus, quia vltra quodlibet horum connotat; Nam super ly homo, naturã humanam, super ly Deus, naturam diuinam connotat. Si verò sit nomen impositum de supposito subsistente in humana natura, non curando, an etiam subsistat in natura diuinã, vel e, conuerso, tunc dicetur esse inferius primo modo huius speciei homo, & non huius speciei Deus. His accedit, quòd Iesus, secundum tria Idiomata principalia, tria quoque habet nomina secundum Isiodorum lib. vij. Ety. Nam in græco soter dicitur; In Hębreo Iesus; In latino Saluator. Hinc in veteri testamento, tres Saluatores, hoc nomine Iesus, reperti sunt. Primus, est dictus Iesus, siue Iosue, propter præliorum potentiam; Secundus est, dictus Iesus Sidrach propter sciẽtiam, & doctrinam, quia Ecclesiaticum composuit. Tertius, est appellatus Iesus Isodech, propter bonitatem, & hic fuit sacerdos. Noster verò Iesus, siue Saluator, his tribus modis saluauit, potentia scilicet, scientia, & bonitate, hinc propterea eius cognosci potest excellentia. Christus similiter tripliciter nominatur secundum Isidorum; In græco dicitur Christus; In Hæbreo Messias; In latino vnctus. In veteri, testamento alij dicti sunt Christi propter potẽtiam, vt Cyrus persarum Rex; Secũdi, sunt appellati propter scientiam, vt Prophetæ, de quibus Vates: Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Tertiò, Christus dictus, est propter bonitatem, vt Christus noster de quo Vates. Vnxit te Deus, Deũs tuus præ consortibus tuis, de quo Lucę 2. dicitur. Iesus proficiebat ætate, & sapientia, & gratia apud Deum, & homines, non solum secundũ apparentiam, sed etiam secundum veritatem, vt scri-

Nomina Iesus.

Tres saluatores.

Christi nomina.

Gabr. bit Gabriel. dist. 14. q. vnica. Art. 1 1. Concl. 4. libri 3. Nec id mirum vobis videri debet, quantum ad experimentalem cognitionem, licet non quo ad cognitionem habitualem verè scientificam. Verùm dicetis, nomina illa, Iesus, & Christus differuntne? Respondetur; quòd sic secundum Damascen. lib. 3. sent. Iesus enim nominat hominem Deum factum; Christus verò Deum humanitati vnitum. In nouo verò testamento, hæc nomina duo, Iesus, & Christus frequenter coniunguntur, eo quia vnum eorum exprimit deitatem, vt Iesus, qui Saluator dicitur inquantum Deus specialiter. Reliquum autem nomen scilicet, Christus, humanitatem exprimit, quia vnctus interpretatur. Vnde inquantum homo vnctus est prę consortibus suis. Et sicut totus Iesus, Deus, & homo dicitur nomen Dei, vt scribit Iacob de valentia in Psal. 8. & 28. ita sola humanitas prout est vnita verbo, vox dicitur, quia sicut nomen nil aliud est, nisi verbum voce, ita Iesus Christus, nil aliud est, nisi verbum incarnatum, seu habens humanitatem. Et sicut totus Christus, verè dicitur nomen Dei, ita humanitas verbo vnita, vox Dei dicenda. Iesu ergo dulcis memoria, dans vera cordi gaudia, & super mel, & omnia dulcis præsentia, sis nostrum gaudiū, qui es futurus pręmium, vt sit nostra in te gloria per cuncta semper sæcula. Amen.

Dub. — Sol. — Iacob. 8.

AeterneRex altissime.



T sermo noster pręsens, cum præcedenti continuetur, dignitates, per mortem sponsi nostri Christi, & sibi, & alijs acquisitas, rememorabimus, vt ardēs noster affectus, pateat fidelibus. Dicamus ergo sic. Eterne Rex altissime, &c. idest ò Rex eterne altissime,

Res considerata.

me, ò fidelium omnium Redemptor, quo mors soluta deperit, ideſt propter quem mors ex toto perijt, eo quia Sancti amplius illuc non deſcendunt, ſicut ante Chriſti paſſionem deſcẽdebãt. Datur enim triũphus gratiæ, eo quia in Reſurrectione corporis, glorificatis, vitæ æternæ conceditur locus. Scandẽs tribunal dexteræ, ideſt ò Chriſte, tu es ſcandens .i. aſcẽdens tribunal; Noſtis, quid ſit tribunus, ille enim eſt, qui ſtipendia tribuit multis, & quia Deus vnus eſt, dona, vel merita omnibus tribuens, propterea ſcandens tribunal dexteræ dicitur Patris, ideſt ad æqualitatem Patris, cuius poteſtas rerum omnium collata, ſiue donata eſt, Ieſu cælitus .i. ipſi Chriſto, qui eſt cælitus .i. diuinitus; Solus, etenim filius ad Patris dexteram reſidet, cæteri verò ordines ſanctorum, non ſic reſpectu filij quantum ad claritatem. Quæ tamen poteſtas non erat humanitus .i. ſibi nõ competebat ſecundum humanitatem, ideo illi non humanitus erat, vt trina rerum machina formaret, puta cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, at ſic condita ab ipſo ſecundum diuinitatem, vt genu iam ſubdita flectãt. Vnde tremunt videntes Angeli, verſa vice mortalium .i. Angeli humanam videntes naturam, per ipſum ad Patris dexteram exaltatam, mirabantur, & tremebant, licet verſa vice mortalium ante Chriſti incarnationem, ſe ab hominibus adorari permitterent. Verùm ex quo humanam naturã, ita exaltatam viderunt, amplius hoc noluerunt, nec permiſerunt, vt de Ioanne Euangel. eſt legere, qui Angelũ noluit adorare, & vice verſa, Angelus noluit, ſed dixit, noli me adorare, quia conſeruus tuus ſum, & fratrũ tuorum, qui fragiles ſumus. Vnde culpat caro ſcilicet Adæ nos: Purgat caro, ſcilicet Chriſti, nos: Regnat Deus, Dei caro, hoc eſt caro Dei .i. Deus, regnat nos. Tu ergo ò Chriſte eſto noſtrum

Quid tribunus.

Caſus pro caſu.

gaudium: Maneas olympo præditum, ideſt cælo permanens ornatum: Mundi Regis, qui fabricam, mũdana vincens gaudia: Hoc eſt, tu qui regis mundi huius formationem, & vincens mundana gaudia, hoc eſt, tu qui huiuſcemodi gaudia deſpexiſti, hinc te præcantes quæſumus dum ſumus in hac præſenti vita, ignoſce culpis omnibus, ideſt peccatis noſtris. Surſumque corda noſtra ſubleua, & erige, ſuperna gratia, ad te, vt tandem valeamus peruenire. Vt cũ repente ceperis, clarere nube iudicis: Pænas repellas debitas: reddas coronas perditas. Hoc eſt, quando Iudicis Nubes clarere ceperit cum poteſtate magna, ideſt Chriſtus apparebit, vt mundum iudicet; Tunc ò Chriſte repellas à nobis pænas debitas, reddaſque coronas perditas, quas nos culpa noſtra, vt Adam, perdimus. Quod eſt dictu: Nos ſupplices in Die Iudicij, vt in electorum ſortem aſſumas, gloriæque æternæ corona adornes, te iterum, atque iterum oramus. Per te enim gratia, & veritas; Per te, de antiquo triumphamus hoſte, ignoſce propterea culpis noſtris, vt tibi in nube cãdida, in Die Iuditij, apparere poſſimus, læti. Amen.

Eterne Rex Altiſsime.

De Chriſti Aſcenſione.



IN gratiam prædeclarati hymni, hodie decreui, verba facere de Chriſti Aſcenſione; hoc ordine; Nam primò, quid ſit Aſcendere dicam; Inſuper, inſinuabo, num congruum fuerit, Chriſtum aſcendere; Quod propria virtute aſcenderit, tertio; Quotuplex cęlum ſit, quartò; Quod ſuper omnes cælos quinto; Tandem,

dem, quod Christi ascensio, nostrę salutis caussa, fuerit. Quò ad primum, ascendere idem est, quod propria virtute, sine adminiculo virtutis alienæ scandere; & soli Christo conuenit. Alio modo Ascendere, idem est, quod sursum scandere, & hoc modo sanctis alijs conuenit. Vnde Iac. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit; vbi Ascendere primo capitur modo. Vel aliter, est ascendere in cælum Empyreum, vel in cælum sanctissimæ Trinitatis. Cum ergo dicitur, nemo ascendit, &c. non debet intelligi quantum ad ascensum in Empyreum, sed quantum ad cælum Sanctissimæ Trinitatis, & iste ascensus, non est ad locum, sed potius ad dignitatem, & Patris æqualitatem; Nec est secundum acquisitionem nouæ dignitatis in Christo, sed bene propter manifestationem eius, quod habuit ab æterno. Num verò Christum ascendere, congruum fuerit, audite; Nam fuit congruum ex parte Christi, & nostra. Ex parte sui, quia locus, & locatum debent proportionari secundum Philosophum, sed Christi corpus, post Resurr. fuit nobilissimum, igitur sibi locus debuit dari nobilissimus, quare, &c. Deinde, vt nobis locum in cælo præpararet, ascendere fuit cogruum; Nec ob id velim credatis ascendisse Christum, eo modo, quo Enoch, & Elias, quia isti non sua virtute propria, sed Christus sic, idest virtute suæ Diuinitatis. Verùm dicetis num Christus super omnes cęlos ascendit; Pro intelligentia huius sciatis velim, dari cęlum triplex: Materiale, spirituale, & supersubstantiale. Christus ascendisse dictus, est super omnes cælos materiales, & spirituales, quatenus ad super substantiale, ascendit. Super omnes ergo cælos. i. omnes creaturas intellectuales, & spirituales. i. super omnes Angelos, eo quia Christi corpus, perfectius, & magis Deo vnitum, nec non ratione suæ humiliationis. An verò

Quid sit ascēdere.

Iac. 3.

An congruū fuerit ascendere.

Cælum tripl.

Dub. verò Christi ascensio in cælum, salutis nostræ caussa, fuerit nunc videndum, ac speculandũ; Mihi etenim
Sol. videtur, quòd sic, & Primò, ratione præparationis; Secundò ratione interpellationis; Tertiò, perficiendo, quod per suam passionem, nobis meruit; Quartò, dona gloriæ largiendo; Qui plura videre cupit,
Rayn. Rayn. legat pag. 47. & plus vltra, nec non lexicon Theologicum. Hęc satis.

Veni Creator Spiritus.



ILVCIDATVRVS hymnum præsentẽ, consideratione dignum, huius materiam, siue rem consideratam primò pręmittam; Insuper ad versus enodandos accedã. Quò
Hymni materia. ad primum, hymni materia, hæc est, inuocare Spiritum Sanctum, vt sua gratia super nos descendat, quem Dominus Ioheli Prophetæ fuerat pollicitus, his verbis. Effundam Spiritum meum super omnem carnem. Christus quoque apud
Io. 16. Io. xvj. suis dixit Apostolis; Si abiero, mittam eum ad vos. Vel sic, cum assumptus fuero in cęlum, mittam vobis paraclitum .i. Consolatorem. Præterea, orantibus Apostolis, hora tertia, Spiritus Sanctus super eos venit, vt in præsenti, est videre, his verbis. Veni creator Spiritus, &c. Quorum verborum, hic sensus. ò Deus, qui es Spiritus, veni, & visita mentes tuorum, idest corda fidelium, & tua superna gratia, veniendo, quæ tu creasti pectora .i. corda imple
Nomina Spiritus Sancti diuersa. nostra, namque à te producta; Tu enim Paraclitus diceris .i. Consolator, donumque Dei Altissimi: fons viuus, ignis, quatenus hominum corda, ad Dei, & proximi dilectionem accendis; Charitas, & vnctio,

quæ

quæ fit in baptiſmo; Vnctio inquam ſpiritualis; Tu deinde ſeptiformis munere .i. donum ſeptiformis gratiæ, puta ſapientiæ, intellectus, Spiritus conſilij, Spiritus fortitudinis, Spiritus ſcientiæ, Spiritus pietatis, Spiritus timoris Domini. Tu inſuper, dexteræ Dei, digitus, es, quia vt varij ſunt digiti, diſtinctosq; articulos habentes, non ſecus Spiritus Sancti, dona ſunt diuerſa; Tu quoque ritè promiſſum Patris, ſermone ditans guttura, hoc eſt, tu ritè.i. ordinatè ditans, ac faciens guttura, ſermone repleta. Vnde loquebantur Apoſtoli varijs linguis, magnalia Dei. Accende propterea lumen ſenſibus noſtris.i.tuæ gratiæ lumen infunde, nec non amorem cordibus, ideſt Dei, & proximi dilectionem cordibus noſtris ſparge; Infirma quoque noſtri corporis, virtute firmans perpetim; Tu enim firmas infirmia, ideſt debilia noſtri corporis, virtute perpetim, hoc eſt virtute perpetua. Hoſtem igitur repellas longius.i. cura, & fac, vt à nobis longè diſtet Diabolus, pacemque dones protinus, nobis, te corde poſtulantibus, ita vt te Ductore præuio, vitemus omne noxium.i.omne peccatum. Quod de facili conſequemur, te præuio ideſt, te nos ducente, ac præcedente, quia nos tunc poſt te ſequemur, ita aperta fronte, quod infertur, poſtulabitur à nobis. Per te ſciamus da Patrem, hoc eſt ò Sancte Spiritus, da nobis cognitionem, vt ſcilicet, per te, ſciamus Patrem, noſcamus atque filium, credamusque te vtriuſque Spiritum.i. à Patre, & filio procedentem, omni tempore ideſt ſemper. Amen. Quis itaque noſtrum toto corde, Spiritum Sanctum non inuocabit, vt mentes ſua gratia, noſtras impleat? Nam Adam peccante, humana natura in hæc incidit mala, videlicet ab eo Sanctus aufugit Spiritus; Mens Deo facta eſt rebellis; Cor omni gratia priuatum; Triſtitia, homo repletus; Donis Dei gratuitis, ſpoliatus;

Cur Dei digitus, Spiritus Sanctus.

Quid postulandū īter alia.

In quæ mala poſt primum peccatū inciderimus.

liatus; Aridus factus; Frigidus: Malignus; Asper, & durus ad ea, quæ sunt Dei; Hinc sine timore Dei; Impius; Ignarus; Debilis; Stolidus; Obtusus, & insipiens; Contra quæ mala, Spiritus Sanctus, sic implorandus. Veni Sancte Spiritus, mentes tuorum visita, imple superna gratia; Tu enim ille es, qui nos viuificas, vt Iob viuificasti. ò homo si es in æstu concupiscentiarum irrationabilium, recurre ad Sãctum Spiritum, quia ipse, suo cælesti rore, temperat, ac refrigerat libidinum incendia, nec non animorum elationem reprimit; Inuocet propterea ipsum sordida anima, hoc est peccatis maculata, cum dolore perfecto de suis peccatis, quia tunc Spiritus Sanctus, eam lauabit, & emundabit; Inuocet quoque eum anima arida, quæ nil Spiritualis humoris habet, quia Spiritus Sanctus, suo cælesti rore, eam rigabit; Inuocet eum anima saucia, siue vitijs grauiter vulnerata, quia sanabitur; Inuocet eum anima rigida ex peccandi consuetudine inducta, quia Spiritus Sanctus ab ea cor lapideum auferet, & dabit ei cor carneum; Inuocet eum anima frigida, nullam diuini feruoris, aut fraternæ dilectionis scintillam habens, vt ardeat illo igne cælesti, quem in terras Dominus ponere venit; Inuocet eum in fide nihil hæsitans anima deuia mandatorum Dei, exorbitans, & aberrans, cum Propheta dicens: Dirige me in semitam rectam mãdatorum tuorum, quia ipsam volui, & Spiritus Sanctus sanabit eam à vitiorum plagis. Hunc ergo inuocare debemus omnes, consolatorem, qui etiam dici solet Spiritus vehemens, quasi væ adimens, & mentem à terrenis ad cælestia Vehens. Dicitur quoque donum Dei Altissimi, pro vt ad nos comparatur, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à Patre luminum. Donum igitur Spiritus Sanctus dicitur, quatenus à Patre

Cur Spiritus Sanctus vehemens.

Cur donum.

Patre nobis donatur; Dicitur fons viuus, eo quia riuo donorū septemplici, nobis fluit; Dicitur ignis, quoniam affectum in nobis accendit; Vnde Luc. 12. dicitur. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur? Insuper, charitas appellatur iuxta illud Io. 2. Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Vlterius Spiritus Sanctus, vnctio vocatur, quia omnes mundanas tribulationes, facit suaues, & iucundas iuxta illud, in labore requies, in æstu temperies. Mirabilis itaque Deus, qui per Sanctum Spiritum suum, tot bona, &

Cur fons. *Cur ignis* *Luc. 12.* *Io. 2.* *Cur vnctio.*

1 dona nobis largitur. Donum in primis sapientię, per quod studium adhibemus, ad scientiam Sacræ
2 Scripturæ, & diuinorum; Donum secundò, intellectus, per quod aperitur nobis intelligentia eorum,
3 quæ in Sacra Scriptura, legimus; Donum consilij tertiò, per quod viuere rectè eligimus, nec non Regnum per legiferum Christum, nobis promissum at-
4 tingere; Donum fortitudinis quartò, per quod roboramur ad patiendum, & aduersa tolerandum propter iustitiam, & Christum, vt patet in Martyri-
5 bus; Donum scientiæ quintò, per quod discernimus opera nostra bona, & secundū diuina pręcepta
6 viuimus; Donum pietatis sextò, per quod verum cultum. i. latriam, Deo tribuimus, & in rebus dubijs, tutiorem partem eligimus, & ei adhæremus;
7 Donum septimò, timoris, per quod filiali amore, diuina pręcepta, & mandata, seruamus. Tu ergo Sancte Spiritus accende lumen sensibus nostris,

vt tandem læti ad te fontem viuum peruenire valeamus.

Amen.

Veni Sancte Spiritus.
De timore Dei.



RACTATVRVS, hodie, Auditores Præstantissimi, de Dei timore, ob oculos, tria ponam vestros. Quid timor Primò; Inducentia ad Dei timorem Secundò; Denique Dei timoris fructus. Quò ad primum, timor ad aures D. Aug. Sic finitur, dum dicitur, quòd est animi perturbatio in expectatione mali; Cuius obiectum, malum est. At dicetis, mala cum à Deo minimè proueniant, eo quia est summa bonitas, quo modo malum poterit dici Dei timoris obiectum? D. Thom. Secunda secundæ, videtur in hunc modum respondere, dum ait, timorem duplex obiectum habere posse, vnum quod dicitur ipsum malum, quod homo refugit, sub quo sensu, Deus, qui est summa bonitas, timoris obiectum esse minimè potest. Aliud datur obiectum à quo malum prouenire potest, sub quo sensu, Deus timoris obiectum, dici habet, inquantum scilicet ab ipso malum pænæ imminere potest, sed non culpæ. Hinc Io. in sua Apoc. 14. dicere consueuit. Timete Deum, & date illi honorem, quia venit hora Iuditij eius ad puniendum, flagellandumque suam minimè timentes maiestatem. Quare Deus timendus, & valde honorandus. Nunc agamus de inducentibus ad Dei timorem, cognoscendi gratia, quot sint; Nam mihi potissimum tria videntur, vt puta, Potentia, scientia, & iustitia. Cum ergo Dei potentia, sit infinita, & independens, sequitur, quòd Deus timendus sit ratione suæ potentiæ; Insuper ratione suæ claræ notitiæ;

Quid timor. *Dub.* *Sol.* *Timoris obiectum duplex.* *Apoc. 14.* *Inducentia ad Dei timorem.*

Nam

Nam omnia scit, ac nouit, clarèque intuetur, se ipsum intuendo, Deus propterea timendus. Accedit modo diuina iustitia, nos ad Deum timendum, inducens, qua peccatores punit, flagellat, & exterminat, vt pluribus in locis, est videre in diuinis oraculis; Nā quis Adam de paradiso voluptatis eijecit? Quis Pharonem flagellauit? Quis Holoferno caput amputauit? Quis Saulum cęcitate percussit? Certè Dei iustitia fuit, timendus itaq; Deus, quia iustus Iudex, qui non dimittit bonum irremuneratum, nec malum impunitum. Nunc sermo noster dirigatur ad Dei timoris fructus; Nam peccatū expellit, nudamq; siue puram conscientiam facit, vt Eccl. 1. dicitur. Timor Domini expellit peccatum; Insuper, nobis gustum, & saporem de rebus diuinis adducit; Negligentiam expellit; Mentem nostram stabilit; Diuites spiritualiter loquendo, nos facit; Bona opera nostra, cumulat; Cor nostrum delectat; Vitam prolongat; Deuotionem in nobis aggenerat; Nos à malo declinare facit; Pacem producit; Vitam tandem æternam, nobis concedit. Hæc satis.

Timoris fructus.

Eccl. 1.

Iam Christus astra ascenderat.



ERSABIMVR hodierna die circa præsentem hymnum, de cuius materia primò agendum; Deinde, singuli versus enodandi. Quò ad primum, hymni præsentis res considerata, dicitur Spiritus Sancti promissio; Nunc accedamus ad versuum dilucidationem ita dicentes. Iam Christus astra ascenderat, &c. idest Christus ex quo super cœlos, quantum

Materia hymni.

ad humanitatem ascendit, regressus vnde venerat, eo quia filius à Patre in hunc mundum venerat, idcirco dicitur regressus vnde venerat, quia ad Patrẽ redijt. Promissum Patris munere, Sanctum daturus Spiritum, Apostolis in hoc mundo, iam promissum munere Patris. Solennis verò vrgebat Dies, scilicet Pentecostes, qui Dies, solennis, & vrgens, eo quia imminebat, vel supra stabat septies; Vnde fiunt quadraginta, & nouem, & die vno addito, tunc quinquaginta. Per septem verò vitæ præsentis nostræ, tempus intelligendum, quod voluitur in septem septimanæ diebus, in quo tẽpore, nos debemus quærere à peccatis nostris, liberari. Quo die Mystico, siue figurato, orbis, idest Mundus volutus septies septemplici, idest per quadraginta, & nouem *dies*, signat beata tempora, istius mundi videlicet, quantum ad pęnitenitã. Vno autem (vt paulo ante diximus) addito die, fiunt quinquaginta, in qua die Sãcti Dei Apostoli, Spiritum Sanctum recepere. Ita nos, completis septem septemplicis diebus in pænitentia, vno adiũcto scilicet, die mortis, peruenimus ad diem solennem sabbati, qui vocatur Dies cõsolationis, & nunquam defitiet. Dum hora cunctis, tertia, repente Mundus intonat, idest dum erant Apostoli omnes in oratione congregati, tunc repente, sonus de Cęlo venit Apostolis orantibus, qui sonus, Deum venisse super Apostolos, nuntiauit. De Patris ergo lumine, decorus ignis almus est, quod est dictũ. Quando Deus Pater misit Spiritum Sanctum super Apostolos, ipse erat in ignis specie, & de lumine Patris, quia Spiritus veritatis, qui à Patre procedit. Almus igitur, idest Sanctus est, qui fida Christi pectora, calore verbi compleat, siue compleuit, idest Spiritus iste Sanctus, decorus, ac pulcher, loquendi scientiam dedit Apostolis linguis diuersis, absol-

Quid per Diem solennem.

In Ignis specie S. S. apparuit.

absoluendique fida, ideſt fidelia pectora Christi; Inſuper, ignis ipſe calore verbi compleuit, ideſt ardore Sancti Spiritus, & verbi, ideſt filij Dei, corda fidelium. Vnde impleta, gaudent ſic, viſcera, afflata Sancto Spiritu, ideſt Apoſtolorum membra Sancto Spiritu illuminata, gaudent propterea, Sancti Spiritus gratia impleta, eo quia eos fecerit ardentes, & loquentes, in Dei amore. Hinc voces diuerſas intonant, ſiue intonabant omnia linguarum genera, fatebāturq; Dei Magnalia, ideſt prædicabant Dei mirabilia. Vnde verſus. Fantur Dei magnalia, propter quæ, ex omni gente cogniti, græcis, latinis, barbaris: Hoc eſt Apoſtoli Domini, ſunt reputati, ex omni gente, ideſt ex omnibus gentibus, græcis ſcilicet, latinis, & barbaris; Cunctiſq; admirantibus, ideſt omnes mirabantur, eo quia linguis loquerētur omnium Apoſtoli, ideſt linguis omnibus, quæ ſunt 72. *Genera linguarū quot.* Sed credebant vinum in eis eſſe, & ideo ſubditur. Iudæa tunc incredula, ideſt plebs Iudæorum infidelis, veſana toruo Spiritu, ideſt inſana, & fatua, credētes increpabat, ac vehementer reprehendebat toruo Spiritu, hoc eſt animo elato, & ſuperbo, exiſtimans ructare muſti crapula, ideſt Apoſtolos in hunc modum loqui ob ebrietatem. Verùm ſignis, & virtutibus, occurrit, & docet Petrus, eo quia Apoſtoli ſigna, & miracula multa faciebant; Nam mortuos reſuſcitabant, cæcos illuminabant, & ſimilia, & ſic Iudæos perfidos confundebat, falſa profari, ideſt loqui Iohele teſte comprobans, qui prophetauit his verbis. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & Prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ. Nec mirari debetis, hoc à Deo factum fuiſſe, ſed non ſine myſterio maximo; Nam cum eſſent Apoſtoli, omni carni, predicaturi Euang. legem ex mandato Dei dicentis: Euntes in mundum vniuerſum predi-

cate

cate Euang. omni creaturæ, ideſt homini, cunctis creaturis participanti, & docete omnes gentes, &c. Idcirco oportebat illos omnium linguarum genera ſcire, & linguis gentium omnium loqui, inter quas, dantur tres, quæ ſunt excellentiſſimæ, videlicet hæbraica, græca, & latina. Quarum clarior, & ſonantior græca. Gloria igitur Patri Domino, &c. Amen.

Iam Chriſtus Aſtra aſcenderat.

De Spiritus Sancti miſsione.



SERMONEM habiturus de Spiritus Sancti miſſione, ne videar velle ſine ſerie procedere, tria vobis proponam; Primò inquiram, num fuerit congruum, mittere Spiritum Sanctum; Inſuper, docebo in quotuplici ſpecie apparuerit ipſe Spiritus Sanctus; Denique, ponderabo, quid faciat in nobis Spiritus Sanctus. Quò ad primum, eſt dicendum, fuiſſe valde congruũ, mittere Spiritum Sanctum, ad Dei ſcilicet, cognitionem habendam; Namque Apoſtoli, talem quo modo habuiſſent notitiam, niſi ſuper eos Spiritus Sanctus deſcendiſſet? Nonne Dei cognitio illorum intellectum excedebat? Quare mitti debuit. Vnde Io. 14. dicitur Spiritus paraclitus docebit vos omnia; Rurſus Lucæ 12. Spiritus Sanctus docebit vos in ipſa hora, quid oporteat dicere. Præterea, homo nonne ad beatitudinem dicitur ordinari? certè ſic, ſed talem finem inuenire, homini non eſt poſſibile ſine Spiritu Sancto, dari ergo debuit Di-

Io. 14. *Luc. 12.*

ſcipulis

scipulis Sanctus Spiritus. Vlterius, quomodo, fortes, & stabiles Apostoli fuissent, si eis non fuisset datus, & missus Spiritus Sanctus? Iurè igitur in Discipulos missus, & hæc de secto primo. In secundo videndum, in quotuplici specie, Spiritus Sanctus apparuerit. Doctores circa hoc aiunt, Primò in specie columbæ, Spiritum Sanctum apparuisse, ratione gemitus. ad quem Spiritus Sanctus, inducit Peccatorem; Præterea, vt Columba caret felle, ita Spiritus Sanctus, omni felle rancoris, odij, & maleuolētiæ; Apparuit secundò in ignis specie, ad hominum corda calefaciendum, & à rubigine peccati, purgandū; Tertiò in speciei linguarum apparuisse cōstat, & hoc præcipuè, idest præ cæteris ad hoc membrum regulandum. At dicetis, ad quas Spiritus Sanctus venit personas? Respondetur, quòd ad vnitas in charitate primò; Deinde ad eos, qui vniti in oratione; Tertiò ad eos, qui sunt in cordis puritate. Quos verò in nobis, Spiritus Sanctus producat effectus, audite; Nam mētem nostram illuminat Primò, Peccatum à corde nostro, expellit secundo; In bono perseuerantiam tribuit tertio; Deuotionem in nobis aggenerat, quartò; Nos Dei filios, facit quintò. Veni ergo Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris ignem in nobis accende, vt mente serena, nobis liceat dicere. Amen.

Spiritus Sanctus in quotuplici specie apparuerit. *In Colūbę specie.* *In specie ignis.* *In specie linguæ.* *Dub.* *Sol.* *Spiritus Sancti effectus.*



Beata

Beata nobis gaudia.



VAM vigil, & solers sit sancta Mater Eccl. hinc perspici potest, quia quotannis in memoriam missionis Sancti Spiritus, in hunc modum dulciter cantat. Beata nobis gaudia, &c. Vbi hymni detegitur materia, quæ est de Spiritus Sancti missione, & vt rectius loquar, dicam, de Spiritus Sancti processione, quæ fit à Patre, & filio, quibus ipse, est æqualis. Beata ergo nobis gaudia, anni reduxit orbita, quod est dictu. Anni reuolutio, nobis dedit beata gaudia, cum Spiritus paraclitus effulsit in Discipulos, idest resplēduit, ignis vibrante, lumine, hoc est Spiritus Sanctus cum feruenti splendore, Discipulis apparuit, linguę figuram detulit, hoc est, ostendit se in linguæ forma, eo quia inter corporis membra omnia, non datur aliquod membrum, quod loquatur, nisi lingua, & Apostoli debebant loqui, verbumque Dei prædicare, idcirco Spiritus Sanctus, in ignis specie, & in forma linguæ voluit apparere. Vnde subditur, verbis vt essent proflui, & charitate feruidi .i. vt Apostoli forent facundi, & in verbis loquentes, calidique in charitate, siue in dilectione, & amore Dei, & proximi. Linguis loquuntur omnium, turbæ pauent gentilium, idest ex quo Apostoli ipsi, Sanctum Spiritum receperunt, linguis omnibus loqui ceperunt, inde turbæ gentilium expauescere, & mirari non cessarunt, deputantesque musto madere .i. ebrios esse, quos Spiritus Sanctus repleuerat .i. cum essent Spiritu Sancto pleni. Patrata sunt hæc mysticè, &c. Filij Israel (vt legitur) quadraginta, & nouem annos per

Materia hymni.

desertum errauere, in quinquagenario verò manentes, ipsi iuxta montem synai, cum fulgure, & tempestate, legem accepere; Præterea, in lege Moysi, Israel filij, seruos emebant, Agnos, & possessiones, possidebantque per quadraginta, & nouẽ annos, & in quinquagesimo anno, omnes liberabantur, & tunc Iubilei annus dicebatur. i. annus remissionis, ideo nunc dicitur. Patrata sunt hęc mysticè. i. completa figuratiuè, peracto tẽpore Paschæ. i. sacro numero dierum completo. i. quinquagenario, lege fit remissio, hoc est secundum legem Moysi. In tali autem numero Apostoli quinquagenario, legem. i. potestatem ligandi, atque soluendi à Spiritu Sancto recepere. Quare ò Deus pijssime, te nunc. i. modo præcamur, atque rogamus vultu cernuo. i. inclinato, & dimisso, illapsa nobis celitus, tu qui es cælestis. i. parce nobis, & dona Sancti Spiritus largire, de quibus sumus loquuti superius. Tu enim dudum corpora, siue sacrata pectora. i. olim Apostolorum corda, tua replesti gratia, idcirco dimitte nostra Crimina. i. peccata, & da quieta tempora, videlicet quantum ad animam, & corpus, vt facie serena, sit nobis licitum dicere. Gloria Patri Domino, &c. Quis itaque vestrum Auditores præstantissimi, nactus ex prædeclaratis occasionẽ, Deum orare non audebit, vt sibi Sancti Spiritus sacratissima dona, benigniter infundat? Nonne iam illapsa, & infusa in Die Pentecostes Apostolis? Cur ergo non nobis, sua benignitate talia largietur? Eia estote procul à Iudæorum malignitate, & bene viuite, quia sic Deo grati eritis. Hæc satis.

Quid per Iubileũ.

Beata nobis gaudia. Num Spiritus sanctus à Patre, & Filio.



MATERIAM illam arduam admodum de Spiritus sancti processione, hodie tractaturus; Primò disputabo, num in Diuinis, sit concedenda processio; Præterea, Num Spiritus Sanctus ab vtroq;, idest à Patre, & filio procedere dicatur. Quò ad primum, non videtur, quòd in Diuinis processio, sit concedenda, vbi enim non admittitur motus, ibi nec processio, sed in Deo nullus motus, igitur nec processio. Deinde, vbi nulla diuersitas, sed summa simplicitas, ibi nulla processio, at in Diuinis nulla diuersitas, ergo nec processio. In oppositum se habet Io. 7. Ego ex Deo processi, in Diuinis igitur processio. His ita positis, ad rationes formatas nunc respondendum, & primò ad primam, quæ intelligenda venit de processione, quę est motus localis, vel de naturali, & exteriori, non de illa, quæ in diuinis, de qua nos hic. Ratio secunda currit de eo, quod ab extra procedit, non ab intra, vt in proposito. Explanato paucis, quæsito primo, alterũ subsequitur, & est, num Spiritus sanctus procedere dicatur ab vtroque, idest à Patre, & filio. Mihi aspectu primo, videtur quòd nõ, quia Pater, & filius vniformiter non spirant; Nam Pater à se, filius autem à Patre, non ergo Spiritus sanctus ab vtroq;. Pro quæsiti dilucidatione, est sciendum Primò, quòd Pater, & filius per vnam, & eandem vim spiratiuam spirare dicuntur.

Io. 7.

Num spiritus sanctus ab vtroque.

dicuntur. At hic notandum, dari duplex Principium *Not.* productiuum, vnum quod, & alterum quo. Primum, respicit suppositum; Illud verò quo, productiuam denotat potentiam; Notandum secundò tripliciter, *Not.* siue tribus modis, vel trifariam intelligi posse, Patrē, & filium, esse vnum, videlicet, vel in essentia, vel in persona, vel in vi spiratiua. Primo modo, Pater, & filius, non sunt vnum Spiritus sancti Principium, nec vnum Principium formaliter quo, tale enim est vis spiratiua, at Pater, & filius, minimè sunt, formaliter vis spiratiua, non ergo, &c. Tertiò Pater, & filius, identicè, sunt vnum Principium quo, nec id mirum, quia identicè sunt vna vis spiratiua. Nunc ad argumentum formatum, quid dicendum, audite; Nam licet Pater dicatur spirare à se, & filius à Patre, ob id minimè tollitur, quin per eandem vim spiratiuam vt iam tactum fuit, spirare dicantur. Hæc intantum.

Pange lingua, &c.



I mihi, & lingua, & auribus fauere volueritis, hodie hymnum præsentem consideratione inter alios dignum, aperiam; Vbi Primò ob oculos vestros hymni materiam ponā; *Materia hymni.* Deinde ad declarationem accedā. Quantum attinet ad primum, dico, quòd hymni materia, est laus sacratissimi, ac saluberrimi Eucharistiæ testamenti, quod verum Christi corpus continet, & sanguinem, de quo paulatim. Quò ad alterum tendens ad hymni dilucidationem, ita dicendum. Pange lingua gloriosi, &c. Quòd est dictu. ò lingua canta, ac celebra Mysterium, idest secretum præfiguratum, siue diuinum, gloriosi corporis, scilicet Chri-

sti Domini nostri, qui pro nobis tot passus. Sanguinisque pretiosi, idest dignissimi, quem Rex Christus existens fructus ventris generosi, idest Castissimæ Mariæ Virginis effudit in pretium, hoc est in redemptionem gentium. i. totius orbis sufficienter. Nobis natus, nobis datus, ex intacta Virgine. i. nobis natus in redemptionem nostram, datusque in salutem nobis, & hoc ex intacta Virgine Maria. Et in mundo conuersatus. i. triginta tribus annis in mundo ambulauit, iuxta illud Baruch. In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, sparso verbi semine, puta prædicando, miro clausit ordine, sui moras incolatus, hoc est tarditatem suæ habitationis in hoc mundo. In supremæ nocte cænæ, recumbens cum fratribus suis. i. Sanctis Apostolis ad comedendum in nocte supremæ. i. vltimæ cænæ. Obseruata lege plenè, puta veteri. i. Mosayca, plenè. i. perfectè cibis in legalibus hoc est in veteri lege, vt in Leuitico scribitur, deputatis, cibum turbæ duodenæ, se dat suis manibus. i. duodecim Apostolis, & hoc nouum inchoando testamentum. Venit hic notandum, Iudam quoque Christi verum corpus de sacratissimis Christi manibus, sumpsisse, licet in perditionē, non autem ad salutem. Vnde D. Aug. ait, quòd Christus suum corpus in cæna cum discipulis, etiam Iudæ dedit, vt nobis exemplum daret, peccatoribus occultis, sacramenta non deneganda fore. Potest etiam dici, id factum fuisse à Christo ad auferendam occasionem ad male faciendum, quod de facili euenisset, si in aliquo ab alijs discretus fuisset. Verbum Caro, panem verum, verbo carnem efficit, fitque sanguis Christi merum, &c. Quod est dictu. Verbum. i. verborum prolatio ad hoc deputatorum, simul etiam caro efficit verbo panem, & Christi carnem, quæ pro & merum. i. vinum fit Christi sanguis, & sic sensus deficit, ex

Baruch.

Not.

D. Aug.

tunc omnis ab auditu. Sola nihilominus fides ad firmandum cor sincerum, purum, & clarum sufficit, videlicet meritoriè. Tantum ergo Sacramentum veneremur cernui. i. nos humiles homines, Sanctissimi Corporis, & Sanguinis Domini Nostri Iesu Christi, & antiquum documentum. i. vetus testamentũ, quod fuit imperfectum, cedat. i. det locum nouo ritui. i. nouo testamento, & fides præstet supplementum sensuum defectui. i. adimpleat supplementum defectui sensuum, videlicet exteriorum. Hic velim notetis, quòd sensus exterior in sacramento dicitur, quia ibi accidentia sine subiecto ponuntur, & hoc diuinitus loquendo, & spiritualiter. Sit ergo laus, & iubilatio genitori. i. Patri, & genito. i. filio, salus honor. i. Deo, virtus quoque, & benedictio, & compar. i. æqualis laudatio, procedenti ab vtroque. i. Spiritui Sancto, qui nos adiuuet, ne sine hoc præstantissimo Sacramento moriamur. At ne vitio quid dari nobis possit, quia de hoc Sacramento sumus loquuti, differentiam apponemus inter Mysterium, sacrifitium, & Sacramentum; Nam vt optimè nostis, Mysterium dicitur sacrum secretum, vel sacrum absconditum. Vnde bene dicitur hic, Mysterium, quia sub diuersis speciebus, latent res eximiæ, corpus videlicet Christi, & sanguis. Sacrifitium verò victima dicitur, & quæcunque in ara cremantur, & ponuntur. Solet etiam sumi pro oblationibus, quas antiquitus faciebant, scilicet vitulorum, & hircorum, quibus hodie, Deus non delectatur. Sacramentum autem, est sacræ rei signum; Vel est rem secretam continens. Adoremus itaque, & veneremur hoc Sacramentum adoratione latriæ, & humili reuerentia, quę Deo conuenit. Quod si sensus deficit, sola fides sufficit ad tantum Mysterium, oculis corporalibus nostris occultum. Hæc satis.

Sed non sensus auditus.

Not. de sensu exteriori.

Mysterium sacrifitiũ, & sacramentum.

Pange

Pange lingua, &c.
De Sacramenti Eucharistiæ, necessitate.



AD vberiorem doctrinam eorũ, quæ diximus in superiori, existimo mihi agendum fore de Sacramenti Eucharistiæ necessitate Primò; Insuper, inquirendũ, An melius sit quotidie hoc Sacramentum sumere, id est celebrare, vel raro; Tertiò, huius Sacramenti vtilitates quædam tangendæ. Quò ad Primum; Vt Peregrino, suum volenti finem assequi, societas in hoc sæculo, fidelis, est necessaria, ita homini viatori ad Patriam cælestem tendenti, Eucharistiæ sacramentũ necessarium; Insuper, si necessarium non foret, Christus non ita loquutus fuisset, qui manducat hunc panem, viuet in æternum; igitur, &c. Præterea, vt homini cibus, quò ad corpus expedit, non secus, & multo magis, cibus iste spiritualis, animæ rationali, necessarius, igitur, &c. Num verò melius sit quotidie hoc Sacramentum sumere, siue celebrare, aut raro, do vobis ingeniosis iudicandum; Nam hoc videtur concipi posse duobus modis; Vno modo ex genere facti, vel faciendi; Si primo modo, frequentare hoc sacramentum, melius est, quia sic tibi, quotidie est Christus. Alio modo non sic, quia est possibile, quòd homo non sit rectè dispositus. Supersunt modo nonnullæ vtilitates huius sacramenti tangendæ, deinde erit finis. Prima ergo vtilitas, vitam æternam respicit. Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum;

Eucharistiæ necessitas.

Dub.

Ioan. 6.

æternum ; Secunda vtilitas, omnis criminis respicit deletionem; Nam dignè si sumatur Eucharistia, vt ait Innocentius de offitio missæ, à malo liberat, in bono confirmat, venialia delet, & mortalia cauet; Deinceps cor hominis confirmat; Nos omniũ bonorũ operum, quę Christus in vita sua fecit, participes reddit; Denique in nobis omnes virtutes auget, videlicet fidem, spem, & charitatem. Viuamus itaque sic vt tot vtilitatibus, digni efficiamur, ad ęternum consequendum præmium. Amen. *Innoc.*

Sacris solennjis.



ANCTA Mater Eccl. prægaudio, hodiè mirum in modum exultat, & lætatur, eo quia panem verum à Christo sponso suo acceperit; Panem inquam vitæ, & ideo nos adhortatur, vt conuentum faciamus, & cum lætitia in his solennijs gaudeamus his verbis. Sacris solennijs, &c. hoc est, iuncta sint gaudia Sancti Spiritus sacris solennijs ad extollendam Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, claris laudibus institutionem. Hic notare debetis, quòd iuxta Regulam rectam, solennis cum sit tertiæ inflexionis, deberet in datiuo, & ablatiuo facere in numero plurali, solennibus, sed totum contingit oppositum apud vsum Ecclesiasticum, vt hic: Sacris solennijs, &c. Tunc erunt iuncta gaudia Sancti Spiritus solennijs; si in illis, nos ipsos exercebimus, & cum illis bonum operabimur, adhibentes donum sapientiæ, quia tunc pacifici vocabimur; Insuper, donum intellectus exercentes, ad rectè intelligendum ea, quę Sacras Scripturas percurrentes, legimus, quia tunc mundi corde vocabimur. Si quoque consilij donum, *Materia hymni.* *Not.* *Mos qui sit Eccl.*

donum, per quod Dei Regnum assequi cupimus. Sint ergo gaudia sacris solemnijs iuncta, & ex præcordijs nostris sonent præcordia, vt nosmetipsos in Spiritu exercentes, iusti efficiamur de virtute in virtutẽ ascendendo. Recedant ergo vetera, & noua sint omnia; corda voces, & opera. Quod est dictu. Vnusquisque expoliet se veterem hominem, nouumque induat, & noua sint omnia cum nouo Sacramento. Ecce enim noctis recolitur cęna nouissima, qua Christus creditur, agnum, & azima, dedisse fratribus iuxta legitima, Priscis indulta Patribus. Recolitur in quã, & rememoratur, necnon solennizatur noctis cęna nouissima, de qua supra diximus. Cur autem dicatur cęna nouissima, audite; Nam ita, quia fuit facta in Christi nouissimo vitę tempore. Azima quoque, id est panis azimus .i. sincerus absque fermento; Illa autem legitima de manducando agno Paschali cum panibus azimis, à Deo instituta, de quibus hic: Priscis indulta Patribus: Puta Moysi, Aron, & filijs Israel. Post agnum, &c. idest huius agnum veteris testamenti esum, est confitendum, quod suis manibus, corpus suum Iesus tradidit Discipulis, vt est videre in his versibus dum dicitur. Post agnum, &c. eius fatemur manibus. Hic velim sciatis, atque notetis, quòd veteris legis, sacrifitiorum triplex genus erat. Primum holocaustum dicebatur; Secundum hostia; Tertium, & vltimũ, hostia pacifica. Primum totum comburebatur, & ideo holocaustum, idest quasi totum incensum; Alterum, hostia, pro peccato, vocabatur, quia Deo offerebatur, ex necessitate remissionis peccati; Tertium, hostia pacifica dicebatur, eo quia Deo offerebatur, vel pro gratiarum actione, vel pro salute, & prosperitate offerentium ex debito, benefitijs acceptis, vel accipiendis. Vnde hostia in tres diuidebatur partes: Vna pars incende-

Vnde presbyter. Cur cæna nouissima.

Nct. de sacrificio.

Diuisio hostiæ.

batur

batur ad Dei honorem; Altera cedebat in vsum Sacerdotum; Tertia verò in vsum offerentium. Quæ ergo tanquam in imagine circa agnum illum, iussa sunt fieri, in Christo tanquam veritate perfectè consummata, & completa, conspiciuntur, vt vno ore isti confitentur. Matt. 26. Marc. 14. Luc. x. & Apostolus Cor. 11. quod scilicet Deus panem accepit, benedixit, fregit, deditque proprijs manibus suis Discipulis, sic totum omnibus, quod totum singulis. Singuli etenim duodecim discipulorum, totum acceperunt, Christi, & integrum corpus. Qui Discipuli, quia aliquando fragiles fuerunt, ideo subditur, Dedit fragilibus corporis ferculum: Redit, & tristibus sanguinis poculum, dicens accipite, quod trado vasculum, omnes ex eo bibite. Discipuli Domini, fragiles sunt appellati, eo quia infirmi, & inualidi omnino erant, contra terrores, & pericula; Nam capto Domino fugerunt omnes. Vel sic. Erant tristes ob imminens malum; Vnde tristes erant Apostoli, de nece sui Domini, &c. Vel tristes, quia ob ieiunium nimis debiles. Et sic sacrifitium istud instituit, cuius offitium committi voluit, solis Præsbyteris, quibus sic congruit, vt summant, & dent cæteris. Non sine mysterio sacrificij istud offitium, solis Præsbyteris committendum esse, voluit, quia Præsbyter dicitur, quasi alijs viuendi, præbens iter. Bene ergo dixit, solis Præsbyteris, ad differentiam laici, Diaconi, & similium, qui Sacramentum hoc, populo nunc distribuere nequeunt. Ad solum ergo Sacerdotem corporis consecratio pertinet, & dispensatio. Vnde panis Angelicus, fit panis hominum, dat panis cælicus figuris terminum: ò res mirabilis, manducat Dominum Pauper, & humilis seruus. Panis Angelicus ait Eccl. siue Angelorum dicitur, quia illo, non quidem tecto specierum velamine, sed aperto, tanquam cibo

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 10.

Vnde præsbyter.

inuisibili, & indefitienti, refitiuntur in Regno Cęlorum, ac satiantur. Hic est ergo panis, qui de Cælo descendit; quique dat figuris terminum, & vitam mundo, quod non faciebat manna. His additur, quod Eucharistiæ panis, originè est cælestis, & substantialiter est deificus: Causaliter viuificus: Sacramentaliter vnitiuus: effectu viaticus. Verùm dicetis, cum panis iste det figuris terminum, quæ sunt istæ figurę? Respondetur, quòd istæ; Prima, est immolatio Isaac; Secunda, immolatio Agni Paschalis facta à Populo Israelitico; Tertia, fuit Manna. ò Res ergo mirabilis, quia Pastor oues proprio cruore pascit; ò res mirabilis, quia manducat Dominum pauper, & humilis seruus; Quare ad nos redeamus, & omnes dicamus. Te trina Deitas, vnaque poscimus, sic nos tu visita, sicut te colimus; per tuas semitas duc nos, quo tendimus, ad lucem quam inhabitas. Amen.

Dub. (margin, beside "liter vnitiuus")

Sol. (margin, beside "Secunda")

Sacris solennijs, &c.

De excellentia Sacramenti Eucharistiæ.



Vt promissis stem, hodierna die, circa Sacramenti Eucharistiæ dignitatem versabor, duo faciendo; Primum intentum siue propositum respiciet; Alterum mirabilia, in Eucharistia reperta. Quantum ad primum, excellentia huius Sacramenti in multis apparet. Primò, quia sicut iam dictum est, tam ante legē, quam in lege fuit præfiguratum; Secundò, quia à Prophetis prænuntiatum; Tertiò, quia à Christo institu-

ſtitutum, & verbo,& facto; Verbo, vt Io.6. Ego ſum panis viuus,qui de Cælo deſcendi,&c. Facto, Matt. 26. Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum; Quartò, quia ab Apoſtolis obſeruatum, Cor. 11. Quintò, quia à Sumis Pontificibus, ſolennizatum, qui ordinauerunt cantum,orationes, locum,& tempus, veſtimenta,& vaſa, quæ omnia ad huius Sacramenti decorem pertinentia. Maxima equidem apparet dignitas in hoc Sacramento, cum Chriſtus conſtet ex tribus ſubſtantijs, deitate ſcilicet, anima, & corpore; Deitas verò omnia excellat, vt apud Pſal. 47. dicitur. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, &c. Anima quoque Chriſti, omnes animas,quia plena gratia, & veritate, ideſt perfectiſſima in effectiua, & cognitiua; Corpus ſimiliter eius omnia corpora excellat, eo quia de ſanctificato corpore glorioſæ Virginis Mariæ fuerit aſſumptum, & diuinitati vnitum, hinc Sacramenti Euchariſtiæ excellentia apparet potiſſimũ. Nunc loco ſecundo,mirabilia multa Euchariſtiæ tangenda,quorũ primum,eſt quòd ibi Chriſti corpus, in tanta quantitate, ſicut fuit in Cruce,& ſicut iam eſt in Cælo. Alterum,quòd ibi, ſunt accidentia ſine ſubiecto, ſed non naturaliter loquendo; Tertium, quòd ibi panis conuertitur in Chriſti Corpus,vt aliàs diximus; Quartum, quòd Chriſti Corpus non augetur ex multarum hoſtiarũ congregatione, ac conſecratione, nec etiam minuitur ex hoſtiarum ſumptione; Quintum mirabile in hoc Sacramento, quòd idem Corpus eſt pluribus locis, ſub conſecratis hoſtijs; Sextum mirabile, quando diuiditur hoſtia, non ob id Corpus Chriſti diuiditur, nec frangitur, ſed bene in qualibet parte; eſt totus Chriſtus.Septimum mirabile, eſt dũ hoſtia in manibus tenetur,& oculis cernitur, propterea Chriſti Corpus,nec tangitur, nec per ſe videri dici-

Io. 6. Matt. 27. Cor. 11.

Comp.

Pſal. 47.

Euchariſtiæ mirabilia.

Margin numbers: 1 (mirabilia multa), 2 (Cruce), 3 (quendo), 4 (Chriſti Corpus), 5 (tur ex hoſtiarum), 6 (locis), 7 (eſt totus)

tur à nobis cùm huiusmodi, circa species fiant tan-
8 tum. Octauum Mirabile est, quòd cum desinunt formæ istæ, tunc quoque, ibi Corpus Christi esse, &
9 sanguis, desinit; Nonum mirabile, quòd cùm ibi non sit panis, vel vinum; nihilominus accidentia, eundem habent effectum, vt prius, qui est satiare, inebriare, & huiusmodi alia facere. Qui plura desiderat, legat Theologicæ veritatis compendiũ pag. 530. & plus vltra, vbi perpulchra, huic proposito, inseruientia videbit.

Comp. 530.

Verbum supernum, &c.



ESIDERIO flagrantes, inquãtum possumus, in hac sacra corporis Christi solennitate, laudibus, ac præconijs celebrare, & commendare excellentiam huius Sanctissimi Sacramenti, sermonem nostrũ cum superiori continuantes, ita exordiemur dicentes. Verbum Supernum prodiens, &c. Hic Sancta
1 Mater Eccl. videtur quatuor facere: Nam primò narrat, quo tempore à Patre filius Dei exierit, & in
2 mundum venerit. Secundò describit Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ, primam institutionem, à
3 Christo factam, ibi in mortem, &c. Tertiò nobis declarat, quanta eius humanitas, atque suauitas in
4 illo existat cum dicitur: Quibus sub, &c. Quartò piam ad ipsum Sacramentum, inuocationem facit, cum ait. O' salutaris hostia, &c. Quò ad primum; Verbum supernum Dei, tunc prodijsse, ac processisse, nec non palam conspiciendum, exhibuisse dicitur, quando humana forma, in terris fuit indutũ; Nec ob id Patris dexterã tunc reliquit, sed semper

Patri

Patri intimum secundum diuinitatem mansit; Nec mirum, vt enim sol nunquam sine lumine fuit, ita nunquam Pater sine filio. Vnde ipse Christus, vt legere est apud Io. 14. Philippo petenti, sibi Patrem ostendi, dixit; Nescis quia ego in Patre, & Pater in me est? Porrò idem verbum exiuit ad opus suũ quando secundum Patris voluntatem, mundo Euangelicam legem annuntiauit, & salutem humani generis, in medio terræ, est operatus. Venit deinde Christus verbum caro factum, ad vitæ Vesperam, idest ad vitæ suæ finem, quando iam hora propinqua ab ipso erat ordinata, quá spontè se ipsum in mortem traderet, pro nostra redemptione. Vnde à Iudæis traditus fuit, Iuda Discipulorum vno mediatore, ac proditore, & hoc est, quod sequitur. In mortem à Discipulo suis tradendus, æmulis: Prius in vitę ferculo, se tradidit Discipulis, hoc est in cibo, & spirituali alimonia, sub speciebus panis, & vini consecrati, ad ostendendum, se minimè velle à nobis, vel ab Eccl. sua sponsa recedere, nisi præsentia corporali, & sensibili, sed non sacramentali. Vnde alibi dixit. Ero vobiscũ vsq; ad cõsumationem sæculi, & ideo subditur. Quibus sub bina specie, carnem dedit, & sanguinẽ, vt duplicis substantię, totũ cibaret hominem. Vt homo duplici substantia conflatur, ita Christus hoc Sacramentum instituit, sub duplici, panis, & vini specie, vt totum hominẽ reficeret, & saginaret. Quis igitur nostram Dominicæ passionis, memor nõ erit? Nonne in hoc mysterio, sacrum Christi Corpus, & sanguis pro nobis effusus, præsentatur? Certè sic, & ideo admirari debetis, Christi incredibilem charitatem, qua nos alit, ac nutrit; Nam se nascens dedit socium: Conuescens in edulium: se moriens in prætiũ. Conuersatus namque est cum hominibus post carnem humanam assumptam, & ita quasi socius nobiscum

Io. 14.

cum

cum ipse Christus in mundo fuit, quò ad humanitatem. Præterea, in extrema, & eius cæna Maxima, cōuescens cum Discipuli, se edulium, & cibum, & potum dedit dicens. Hoc est corpus meum, accipite, & manducate. Sic etiam dixit circa Calicem: Accipite, & bibite. O singularis, & admiranda Christi liberalitas, vbi donator venit in donum, & datū idem cum datore, penitus est. Quàm larga, & prodigia (vt ita dicam) largitas, cum quis se ipsum tribuit? Ecce Christus, qui se nobis in pabulum dedit, vt homo, qui per cibum ad mortem corruerat, per cibū quoque releuaretur ad vitam. Cecidit homo per cibum ligni mortiferum, releuatus, est modo per cibum ligni vitalis. In illo pependit esca mortis, in isto verò vitæ alimentum; Illius esus, læsionem meruit, istius gustus, intulit sanitatem; Gustus sauciauit, vnde mors subijt, ex inde vita venit. Porrò se tanquā pretium nostræ salutis dedit, atque redemit, modo verò regnans, se dat in præmium iustis fidelibus, humilibus, benè operantibus, & beatis. Quod in præmium se dederit, Cor. 6. manifestè patet. Empti enim estis prætio magno. Quòd in præmium. Thob. 4. Premium enim bonum, tibi thesaurizas in Die necessitatis. O salutaris propterea hostia, quæ cæli pandis ostium: Bella premunt hostilia: Da robur, fer auxilium. Auditores præstantissimi, hoc Sacramentum Sanctissimum, hostia vocatur, inquantum continet Christum, qui Deo Patri, est immolatus in Cruce, & hostes deuicit, nosq; Deo reconciliauit; Nam obligationem per originale peccatum, contractam, & actuale, soluit; Dicitur quoque Eucharistia .i. bona gratia, eo quia nos dignos fecit, atque facit sua gratia, quæ, est vita æterna, idest ducens nos ad vitam æternam; Viaticum insuper dicitur, quatenus viam, siue iter nobis præbet gradiendi ad beatitudinem;

Cor. 6. *Thob. 4.* *Cur Christus hostia.* *Bona gratia.* *Viaticū.*

nem; Vlterius Communio vocatur, quia per ipsam communicamus, & Christo vnimur, & adinui cem. Solet quoque appellari sacrificium, inquantum est commemoratiuum passionis Christi, quę verum sacrificium fuit. His accedit, quòd hæc hostia, præter dicta, cælum pandit, vt in die ascensionis Christi patuit: Bella spiritualia comprimit, quæ animæ nostrę, veluti hostes sunt, vt Mundus, caro, & Dæmon, valde nos infestantes. Quare de tãto benefitio à Deo nobis collato, vt laudem, & gloriam ipsi demus, ita dicemus. Vni trinoque Domino, sit sempiterna gloria; qui vitam sine termino, nobis donet in Patria. Amen. *Communio.* *Sacrificium.*

Verbum supernum, &c. De Eucharistiæ effectu.

NE, vt mus super farinã; videar velle pertransire, quæ in superiori hymnio, facta fuere, decreui in præsenti, verba facere de duobus, & primò, de effectu huius nobilissimi Sacramenti; Deinde, de modis sumendi hoc Sacramentum. Quantum ad primum, est sciendum, quod Christi corpus dignè sumentes, bonum multiplex consequuntur. Primum, est Christi commemoratio, vt habetur Matt. 26. Hoc facite *Matt. 26.*
2 in meam commemorationem; Alterum est viuificatio interior, ideo purgamur, illuminamur, perficimur,
3 reficimur, & viuificamur; Tertium, respicit
4 deuotionis augumentum; Quartum, delecta-
5 tionem spiritualem; Quintum, intellectus illuminationem. Nunc fiat sermo de modis sumendi Eucha-

charistiam, qui vt rectè intuenti patet, quatuor po-
1 nuntur; Nam primus, est illorum, qui spirituali-
ter tantum rem, idest gratiam Sacramenti accipiunt,
sed non ipsum Christi corpus, de quibus D. Aug. ait,
Crede, & manducasti, quia sic corpori Mystico Chri-
2 sti, es incorporatus; Quidam alij sacramentaliter
tantum, vt qui communicantur in peccato mortali;
3 Quidam alij vtroque modo, idest, & sacramenta-
liter, & spiritualiter, vt qui Sacramentum sumunt in
4 gratia; Quidam deinde neutro modo, vt illi, qui
nec rem, nec Sacramentum, accipiunt, vt hæretici,
vsurarij publici, & similes alij. Primi, non mandu-
cantes, manducant: Secundi, manducantes, non man
ducant; Tertij, manducantes, manducant; Quarti,
non manducantes, non manducant. *His velim ad-
datis*, quod circa communionem, solet tribus modis
committi peccatum, & primo sic, cum quis tempore
statuto communionem dimittit; Secundò cum suo
Cor. 11. tempore communicans, malè accedit. Vnde Cor. 11.
Apostolus ait. Qui sumit indignè, iudicium sibi man
ducat, & bibit; Tertiò, cum quis post comunionem à
peccatis, non se custodit. Vnde triplex malum iste
incurrit; Primò, quia Christum, quem ignominiosè
suscepit, à se repellit; Secundò, quia talis quodam-
modo, Iudæ similitudinem gerit, qui postquam cum
Christo cænauit, ipsum tradidit; Tertiò, quia ordi-
nem honestatis, peruertit. Ne igitur de horum nu-
mero simus, quæso antequam ad cænam nobis factã
à Christo spiritualem accedamus; cordis mundi-
tiam, castitatem, carnis mortificationem, con-
stantiam, fortitudinem, longanimitatis
perseuerantiam, & charitatis perfe-
ctionem, habere curemus,
quia sic, Deo proculdu-
bio, grati erimus.
Amen.

Qui-

Quicunq; Christum,&c.



VNA cum Eccl. sancta, considerare volentes, Christi verè sponsa, omnia eius mysteria,cum Matth. Euangelista,ita dicemus, quòd quemadmodum Christus Iesus, assumpsit Petrum, & Iacobum, & Iohannem fratrem, eosq; in montem excelsum seorsum duxit, ac ibi ante eos transfigurari voluit,suæq; gloriæ claritatem illis tanquam electis testibus demonstrare, non secus, quicunque Christum quærentes, inuenire, & videre voluerint, mentis suæ in altum oculos tollent, vt consultò in hoc præsenti hymno, canit Eccl. dicens. Quicunque Christum quæritis, &c. Vbi tria ponderanda; Nam primò, præscribitur modus quærendi Christum; Secundò, cuius sit Rex Christus populi, declaratur; Tertiò ponitur, quòd Pater omnipotens, per Prophetas præcipit, Christum saluatorem, eiusq; doctrinam, audire; Nec mirum, quia est totius author; Malignorum vltor; Vitiorum detestator; Fidelium conseruator; Potens liberator; Veritatis testator; Pœnitentium saluator; Rex pacificus, & superborum inimicus. Quicunq; ergo vult Iesum inuenire, eiq; adherere, sibi tria facienda, proponat; Primò non conuersari inter consanguineos, sed potius ab eis discedere; Insuper, non mirari, eum, qui spiritualiter viuit, si mente aliquãdo arida remanẽs, à Deo videatur sibi derelictus, cum etiam hoc Matri Christi, contingerit. Non ergo mente tabescat, at in bonis operibus diligẽter eum inquirat; Tertiò, quis proprij non debet esse sensus, siue propriæ voluntatis, at bene sollicitus, vt quærat, quæ sursum sunt, vbi

Materia hymni.

Quærenti Christũ quid agendũ.


Ff est

est Christus, in dextera Dei sedens. Quare in hoc altum fratres charissimi, mentis nostræ oculos debemus tollere, & in profundo, & in alto Diuinæ sapientiæ piscari, idest in Monte Thabor, vbi Christus trāsfiguratus, cernitur. Si namque in altum oculos tollimus, illustre quidem cernimus, idest per excellētem Dei illam maiestatem, & suæ gloriæ claritatem, nec non diuinum illud cælestis gloriæ lumen. Cernimus illud quoque, quod profectò, finem pati nescit, & est æternum huiusmodi, illustre, ac immensum siue interminum, quod vtiq; omni cælo, & chao, idest omni illa materiali, & primordiali infusione, est antiquius. Nec mirum, quia si cælum, & terram creauit, igitur istis antiquius. Vnde Psal. Prinsquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis, à sæculo, & vsque in sæculum, tu es Deus. Cuius verò Rex, audite; Nam, est Rex gentium, populiq; Iudaici, promissus Abrahæ Patri, eiusq; in æuum semini. Quod autem Christus, gentium Rex sit, & Iudaici populi, habet hoc elici ex Psal. 2. ibi. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Non solum ergo Rex iste Sanctus, Abrahæ promissus, & semini eius, idest Moysi, Dauidi, Isaac, Hieremiæ, Ezechieli, Danieli, & similibus, sed etiam, & Propheris testibus: Iisdemq; signatoribus testatur, & iubet Pater, ipsum audire, & credere, Nam ipse dixit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui ipsum audite propterea, vt valeatis sibi dicere, gloria tibi Domine, &c. Amen.

Psal. *Cuius sit Rex.* *Psal. 2.*

Qui-

Quicunq; Christum, &c.
Qua via, Christus quęrendus.



T, quæ in superiori hymno consideratione digno, adamussim percipere valeatis, decreui hodiè, vobis modum quærendi Christum, aperire; Non enim omnibus (vt perperam sunt opinati multi) potest quæri, sed benè affectibus, ac bonis operibus, iuxta illud Vatis dicentis: Accedite ad eum, & illuminamini, &c. At dicetis, cum bonis operibus, Christus sit quęrendus, opera, quæ non bona.i.facta in peccato mortali, num nobis vtilia? Pro dilucidatione huius difficultatis, velim sciatis, opera nostra, in triplici discrimine reperiri; Quædam enim viua; Quædam mortua; Quædam mortificata. Mortua illa, quæ in peccato fiunt, & sine charitate; Viua illa, quæ in charitate facta; Mortificata, quæ prius in gratia facta, at per subsequens peccatũ, mortificata dicuntur. Nunc his præmissis, ad instantiam adductam respondendum, quòd illa facta opera, in culpa mortali, duobus modis habent considerari, vno modo ratione vitæ æternæ, siue beatitudinis, alio modo respectu temporalis mercedis; Si primo modo, non valent ad consecutionem vitæ æternæ meritoriè, nisi dispositiuè ad gratiam, &c. Quid enim prodesse, & cui, possunt, cum sine charitate, facta? Bene dicendum, quòd Deus huiusmodi remuneret temporaliter, & quò ad pænæ diminutionem. At ex dictis, noua oritur instantia, quæ talis. Quò tempore, quis dici poterit esse in peccato mortali? Respondetur paucis, quòd

Dub. *Quę mortua.* *Sol.* *Dub.*

tam diu, quam diu extra charitatem sit. Sint ergo manus nostræ semotæ à sanguine, si volumus Christum in altum quærere, & quærendo inuenire. Sed qua via? certè via humilitatis, ieiunij, pænitentiæ, patientiæ, Eleemosynæ, orationis, & similibus alijs, bonis operibus, quibus nos, oculos in altum tollimus, & sic Christum Saluatorem nostrũ inuenimus. Cui honor semper, & gloria, in sæculorum sæcula. Amen.

Amor Iesu dulcissime.



X quo vobis normam tradidi, quęrendi, & Christum inueniendi in superiori, qui Christus, est lumen indefitiens, Rex gentium, & Iudæorum, immò Dominus Dominantium, propterea nunc maxima cum humilitate, ad ipsum tanquam ad dulcissimum amorẽ fore confugiendum, vt scire valeatis, vna cũ Eccl. Sancta, ita dicemus. Amor Iesu dulcissime, &c. Quibus in verbis, vt vos non fugit, docet Eccl. orationem dirigere ad illam bonitatem incomprehensibilem, summãq; dulcedinem, nempe ad Dei filium qui est splendor Paternæ gloriæ, consorsq; Dei dexteræ, & ad hoc, vt sui dulcissimi amoris, abundantiam, nobis præstet. Amor igitur Iesu dulcissimus, eo quia suauitates multas, & dulcedines, nobis attulit, & adducit; Nam illa dulcedo maxima nonne videtur, quam nobis ipse Christus monstrauit, quãdo omnia nostra peccata portauit, ac sustulit super lignum Sanctæ Crucis? Non auro, nec argento corruptibili, sumus redempti, sed Christi sanguine pretioso. O Iesu ergo amor dulcissime. Insuper, Iesus nonne

Hymni materia.

Quò ad penam.

nonne amor dulcissimus fuit, qui nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, & eripuit nos de tenebrarum potestate, & in Regnum transtulit, fælicitatis perpetuæ? Videte quæso, quantæ dulcedinis erga nos fuerit Iesus; Nam solo amore, fieri homo voluit, circuncidi vinculis alligari, opprobrijs, & flagellis veaxari, sputis cõspui, spinis coronari, calaphis cędi, arũdine percuti, inter latrones deputari, felle, & aceto potari, & lancea vulnerari; Iesu ergo dulcissime, nostri quæso miserere, & cor nostrum visita, per tui verbi inspirationem, vt pura ad inuisibilium amorem, mentis nostræ calliginem Pellendo, tuaq; nos dulcedine, replendo, qua mediante, requies secura, ac tuta, paxq; vera, & vita perpetua. Quam fælix, quem tu satias, consors Paternæ dexteræ, tu veræ lumen Patriæ, quod omnem sensum superat. Dicitur Dei filius consors Paternę dexteræ, eo quia ipsi æqualis, & eius naturæ conscius, cuius Pater est; Nam vna est natura, tribus diuinis personis communis. Vel dicatis, quòd filius, sit consors Paternæ dexteræ filius, idest gloriæ Patris, & æternæ beatitudinis, nec non Potestatis Patris. His omnibus accedit, quòd Dei filius, lumen est Patriæ Cælestis, & Cæli Empyrei, vbi Paradisus. Vt enim stellæ, lumẽ recipiunt à Sole, & his inferioribus communicant tale, non secus Dei filius, qui sol iustitiæ, suum cõmunicat lumen omni Cælesti creaturę, idest Angelis, beatisq; animabus omnibus, & ideo lumen Patrię Cælestis, quod omnẽ superat sensum, Ipse Iesus. Vnde Eccl. Sancta, nobis petens, Iesus amorem, siue eius amoris copiam, his ait verbis. Splendor Paternæ glorię in comprehensa bonitas, amoris tui copiam da nobis per præsentiam, quòd est dictu, fac nos, te in paradiso videre, facie ad faciem, quod de facili assequemur, si totus amor noster charitate formatus,

Cur consors Christus, &c.

Dei filius cur lumen.

matus,

matus, erga Christum erit, qui, est sensus, quo omnia cogitantur; Est sapientia, qua cogitata, disponuntur; Est Virtus, qua disposita, perfitiuntur; Verbum, quo perfecta nũciantur; Lumen, quo nunciata clarescunt. Iesu ergo dulcissime, ex quo in te ipso, & per te, & ex te, sunt omnia, insere petimus, nostris pectoribus tui amorem, & nostri miserere. Amen.

Amor Iesu dulcissime. Quod Deus inuocandus, & cur.



NON erat possibile, quòd Magnus, & immortalis Deus, creaturam tã vilem, ac exiguam, diligeret antiquiori, amore, quàm æterno; Nec magis sincero, quàm gratuito; Nec magis durabili, quàm perpetuo; Nec magis forti, quam integro; Nec magis stabili, quàm immortali; Nec magis dulci, quàm fælicissimo; Nec erat possibile, animam creare, in loco magis fælici, quàm in Paradiso terrestri, omni quiete, ac tranquilitate pleno; Nec magis pulchram, quàm ad imaginem, & similitudinem suam; Nec magis nobilem, quàm liberam; Nec magis capacem, quàm ipsius Dei; Nec magis diuitem, quàm cæli heredem; Nec ad clariorem finem, quàm ad paradisi gloriam finiendam; Nec ad illam ascendere poterat, nobiliori medio, quàm per Christum crucifixum. O' ingẽs Dei erga nos amor; quo à timoris lege, nos liberauit, constituendo nos in lege amoris. Vnde meritò hodie Eccl. Sancta canit. Iesu amor dulcissime, nobis

bis

bis quæso Spiritum paraclitum concede, vt licitum nobis sit dicere, gloria Domini apparuit in nube; Nam hæbreis, vt nubes, columba Ioanni, ventus Salomoni, acqua Samaritanæ, ignis Apostolis, ita dignetur, vt ignis, nos ad Dei amorem, inflammare; in pace nos visitare, & sciētia temperare. Verùm, ne quis vestrum arbitretur, quòd Sanctus Spiritus, sit natura ignis, vel ventus, vel columba, propterea dicimus, sub his vmbris, & imaginibus operari in nobis tales effectus. Iesu itaque amor dulcissime, tu nostri miserere. Amen. *Christus vt Nubes, &c.* *Cur Spiritus Sanct° ignis, &c.*

Vt queant laxis.



QVANTAE vtilitatis nobis futurus sit præsens hymnus, quem prę manibus habemus, ex progressu de facili percipietis; Nam agitur hic, de vita, ac moribus, nec non de habitu D. Io. vt eius vitam, & mores imitari valeamus ad vitā æternam consequēdam, & hæc de hymni materia paucis. Nunc ad versus dilucidandos accedamus, ita dicentes. ò Sancte Ioannes, solue reatum labij polluti, idest hora, vt per tuam intercessionem, peccatum, siue nostra peccata dissoluantur, relaxentur, ac propellantur, idest sint procul à nobis, quæ potissimum oris, vitioque linguæ nostræ, proferuntur, & hoc, famuli vt tui queant, idest valeant, resonare, siue dicere, ac predicare tua insignia, idest mira, & miracula tuorum gestorum, siue factorum, laxis fibris, hoc est venis absolutis, vocibusq; amplis. Nuncius enim celso, veniens olympo, te Patri magnum fore nasciturum, nomen, & vitæ seriem gerēdæ, ordine promit. Quorum *Hymni materia.*

rum verborum sensus est: Angelus gabriel veniens olympo celso; idest ab alto; & ardenti, & lucenti, promit, idest pronuntiauit, te fore siue esse nascitu-rum, magno Patri tuo Zachariæ, nomenque tuum promit quando dixit: Io. vocabitur nomen eius; Seriem quoque, idest ordinem vitæ gerendæ, ac faciendæ declarauit. At ille promissi dubius superni, hoc est Zacharias dubius, idest non certus, sed incredulus cælestis promissionis, perdidit promptæ modulos loquelæ, idest ob hoc statim, & mox, modos loquelæ, siue locutionis amisit. Verùm tu Sancte Io. genitus siue natus, reformasti .i. recuperasti organa, hoc est modulamina perempte vocis, idest iam amissæ vocis. Ventris obstruso recubans cubili, idest, tu Puer recubans siue positus cubili obstruso, hoc est ventre matris tuę clauso, senseras Regem, idest cognouisti Christum Regem, thalamo manentem, hoc est in Virginis Mariæ, siue ventre iacentem. Hic Parens nati meritis vterque abdita pandit. Quod est dictu. Hic, idest ex hoc, quòd Christum in vtero Mariæ Virginis nouisti, parens, idest Mater, & Pater nati .i. D. Io. meritis, vterque abdita pandit, hoc est ambo abscondita prophetizauerunt; Nam Elisabet dixit. Vnde hoc, mihi, vt Mater Domini veniat ad me? Et Zacharias dixit. Benedictus Dominus Deus Israel, & hoc meritis nati .i. filij sui, quia vbi primũ Helisabet, Virginis Mariæ salutationem audiuit, ipso facto, D. Io. Baptista in vtero matris suæ, sanctificatus fuit, & ita Christum in vtero Mariæ Virginis manentem adorauit. ò D. Io. Baptistæ mira præconia, cuius conceptio e, Cælo denunciata, narratur; Linguæ Paternæ reseratio, mirabiliter canitur; In ventre matris exultatio commendatur; In deserto, siue in antro, eius Domus fuisse dicitur; In victu, & vestitu austeritas magna; Excellẽtia eius in Prophetia;

tia; Christi baptizatio; Virginitatis eius candor; Tolerantia decapitationis, & Martyrij; Quare ipsum deuotissimè rogitemus, vt dignetur à Deo nobis in vita præsenti gratiam impetrare, & in futuro gloriam. Amen.

Vt queant laxis.
De Io. Baptistæ præconijs.



CTVRVS hodie de Io. Baptistę præconijs, altius exordiar, docendo in primis, quid suis, Deus præceperit fidelibus; Nam vt intuenti patet, mentem rebus cælestibus fore dirigēdam, iussit, & hoc, ne spes nostra in rebus creatis, sed in ipso ponatur; Iubet quoque, vt iussit, nos mundum, & diuitias spernere, superfluas, at malitia nostra; quæ magna, sæpe oppositum contingit; Iubet insuper, ne suum, & Sanctorum, nomen blasphememus, sed nos iniqui, & pessimi, totum frequēter, facimus oppositum, quod tamen dictum sit, pace bonorum, Deum timentiū; Iubet deinde, nos ambitionem contemnere, nec nō vanam gloriam, sed nos sine freno, ad honores, & dignitates, tendimus, oculos minimè nostros dirigentes ad Io. Baptistam, de quo Saluator noster dixit. Inter natos mulierum, non surrexit maior Io. Baptista. Qui (vt nostis) Iesu Christi Pręcursor fuit, & filius nobili genere natus, quia magni Sacerdotis Zachariæ, & Sanctę Helisabeth. Nobilis, quia natus Hierosolimis: In vētre matris à Deo sanctificatus; Nobilis, quia Propheta, & plusquam Propheta, eo quia non eminus, sed cominus, & digito proprio,

Idest inter eos, qui ceciderunt.

 Chri-

Christum ostendit, ac demonstrauit; Nobilis deinde, quia templum virtutum: vitæ norma viuendi: Sanctitatis forma: Iustitiæ via: Virginitatis speculũ: Pudicitiæ lumen: Venia peccatorum: Disciplina fidei: Maior hominibus: Angelis similis: Summa legis: Euangelij Pronunciator: Apostolorum vox: Silentium Prophetarum: Mundi lucerna: Mediator Christi. Quare vnusquisque nostrum niti deberet sequi, vestigia D. Io. Baptistæ, vt cum ipso in Cælo valeat quiescere. Amen.

Antra deserti.



N superiori hymno de *Io. Baptista*, tria enarrata fuere, conceptus primò, Io. qui e, Cælo nunciatus; Exultatio secũdò eius, in matris Vtero; Linguæ Paternę, reseratio vltimo. Primum, ibi Nuncius celso; Secũdum, ibi, sed reformasti; Tertium, ibi Ventris obstru so. In præsenti verò hymno, in eius laudem, tangẽda quatuor occurrunt; Locus in primis, quem à teneris annis incoluit; Parsimonia victus, & abstinentia, secundò; Quòd plusquam Propheta fuerit, tertiò; Quòd Deum, tingere aqua meruit, quartò; Primũ, ibi, Antra; Secundum, ibi, cui latex; Tertium, ibi, cæteri tantum; Quartum, ibi, non fuit, &c. Audite modo Primum, & intelligite, hymni verba hæc. Antra deserti, &c. Quorũm verborum hic, est sensus. ò Sancte Io. tu fugiens turmas, siue turbas, gentesque ciuium, antra hoc est, loca obscura petisti, teneris sub annis, quod est dictu, in ætate annorum duodecim. Quod autem à teneris annis Sanctus Io. antra petierit, Lucæ 1. habetur his verbis: Puer autẽ crescebat,

Res consider at hymni.

Luca 1.

scebat, & cōfortabatur spiritu, & erat in desertis, &c. Ciuium quoque turmas. Vir iste erat fugiens, nec sine caussa, legitur enim in Ecclesiastico, qui picem tetigerit, inquinabitur ab ea, ideo, ne leui etiam famine, idest verbo otioso, siue sermone, ac locutione, vt sæpe solet euenire, vitam macularet suam, ex cōuictu, & quotidiana conuersatione inter populum, turbas euitabat hominum. ò D. Io. mirabilis admodum scientia, qua optimè nouerat, quod Dominus Israelitis præcepit, ne scilicet, cum gentibus inirent amicitias, ne ipsis forent in ruinam. Quare turmas meritò Io. hominum fugiebat. Cuius vestis, siue vestimentum, hic describitur, his verbis. Præbuit hirtum tegumen Camelus, artubus sacris, strophium bidentes, cui latex haustum, sociata pastum, mella locustis. Quorum verborum sensus. Camelus ipsi Io. dedit tegumen hirtum, hoc est asperum cooperimentum, siue vestimentum, nō molle, vti hac nostra solet fieri ætate, qua homines mollibus vestiri solent, at D. Io. Cameli corio indutus, idcircò tegumen hoc, valde rigidum, & asperum erat, eo quia eius Pilus asper, & carni iunctus, siue artubus, idest sacris eius membris. Cinguli verò loco, bidentes .i. oues strophium dederunt, quod est dictu, Io. habebat de camelorum pilis, vestimentum, & Zonā pelliceam circa lumbos suos, vt videre est Matt. 3. Nos verò forsitan, cilicium, & tunicam de duris Camelorum pilis, contextam habemus? certè non, sed vt plurimum induti, more Epulonis, purpura, & bysso. Cui latex haustum, idest aqua intra terræ venas latens, præbuit haustum, idest potum, non enim vinum, neque siceram degustauit, vt Lucæ 1. habetur, Huic ergo Sancto viro, potus erat aqua, cibus verò fuit mel ex apibus in arborum truncis emissum, ac editum. Reperiebatur etiam (vt ait Rabanus) suc-

Eccl. 13.

Io. vestis qua.

Victus.

Io. Cingulus.

Matt. 3.

D. Io. potus.

Luca 1.

Io. cibus.

cus quidam dulcissimus in calamis quibusdam, quo D. Io. vescebatur. Insuper locustis, herbis, nec non herbarum radicibus. Nunc superest videre, qualiter omnium Vatum, fuerit Primus Io. Vnde textus. Cæteri tantum, cecinere vatum, corde præsago Iubar affuturum: tu quidem mundi, scelus auferentē, Indice prodis. Quod est dictu. Quem alij Prophetæ à longē prophetandó, solum prædixerunt, tu primò venturum prophetando, significasti, moxq; venientem, ostendendo, indice monstrasti. Hinc D. Io. plus quam, Propheta, dictus, quoniam Deum præsentē, digito ostendit, dicens. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et Dominus noster Iesus, inter natos mulierum, non surr. maior Io. Baptista. Qui quia in bonitate, perfectus, ideo subditur textus. Nō fuit vasti spatium per orbis, sanctior quisquam genitus Ioanne. Qui nefas sæcli meruit lauantem, tingere lymphis. Quod est dictu. Nullus in bonitate, ideo sanctus per spatium vasti orbis, idest in vniuerso mūdo D. Io. qui gratia excelluit. Quiq; Christum meruit tingere lymphis, hoc est baptizare aquis Iordanis, Christum dico nefas, idest vitia, & peccata sæcli huius, idest mundi, lauantem; Nam tactu suæ purissimæ carnis, vim ipse regenerat suam, contulit aquis. Gloria ergò Patri, genitæque proli, & tibi compar vtriusque semper, Spiritus alme, Deus vnus omni tempore sæcli. Amen.

Car D. Io. plus quā Propheta.

†

Antra

Antra deserti.

Num Io. Plusquam Propheta fuerit.

AD vberiorem doctrinam eorum, quæ in superiori hymno dicta fuere, decreui meditari hodie, num Io. Baptista, plusquam Propheta, dicendus, ad quod videndum de facili, ab effectu, ita dicentes, exordiemur. Ecce Agnus Dei, &c. Reges, & Imperatores huius mundi, magni quidem, & excellentes, vocantur, sed illorum magnitudo, est momentanea, & terrena, sed Christi Saluatoris nostri dominium, in omni generatione, eo quia non Magnus solū in terra, sed vbique, potissimum in Regno Cælesti. Quare altissimi filius, quia tam magnus, ideo laudabilis valde, cuius magnitudinis, non est finis. Magnus namque in potestate sibi data, vt puta in Cælo, & in terra; Magnus in sapientia, cum omnes in ipso, sapientiæ, & scientiæ Dei, sint thesauri; Magnus in dominio, quia à mari, vsque ad Mare dominatur, ac dominabitur; Magnus in diuitijs, quia diues in omnibus, & Diuites per ipsum; Magnus in gloria, quia gloria, & Diuitiæ in Domo eius; Magnus in actione, & eloquentia, quia per ipsum, facta sunt omnia; Magnus in opere, & sermone iuxta illud: non audiuimus hominem loquentem, sicut iste; Magnus in misericordia, & iustitia. Vnde, & Misericordiæ eius non est finis. Quid ergo vobis mirum videri debet, si Io. Baptista, qui hunc suo digito monstrauit dicendo,

[Margin: Quam Magnus Dei filius.]

do, Ecce Agnus Dei, &c. plusquam Propheta appellatus? cuius vita, & locus, nobis ad rectè viuendum speculum, siue norma viuendi esse deberent. Hæc intantum.

O' Nimis fælix.

RETENTA superiori materia adhuc D. Io. Baptistæ præconia celebrare volentes, vna cum Eccl. Sancta, dicemus. O' Nimis fælix, &c. Quorum verborum hic sensus; O' Sancte Io. nimis certè fælix, Christi meritis, nesciens labem, idest peccatum, niuei pudoris, præpotens Martyr, hoc est, qui valde potens fuisti, & Virginitate ornatus, Martyr, idest testis, qui dixisti. Ecce Agnus Dei, &c. Vel Martyr, quia ab Herode decolatus: Eremiq; cultor hoc est, deserti habitator. Dico ergo tu maximè vatum, idest Prophetarum, quoniam fuisti Propheta, & plusquã Propheta; Nam Prophetæ munus, est futura prædicere, sed tu digito, Christum esse præsentẽ, his verbis demonstrasti; Ecce Agnus Dei, &c. Rursus, qui post me venit, ante me factus est, &c. Insuper serta ter denis, alios coronant, &c. quod est dictu. Vnusquisque secundum meritum suum, dicitur recipere laborem, & quanto magis, in sanctitate est perfectus, eo magis præmium recipere tenetur, & ideo dicitur, Serta ter denis. Vbi tres hominum, idest in hoc versu, ordines continentur, qui præmium recipiunt bonum; Coniungati primò, qui fructu trigesimo gaudent. Vnde, serta ter denis, istos coronant. Secũdus ordo, est continentium, idest in castitate viuentium, isti namque duplum recipiunt meritũ, & ideo

Hymni materia. *Quid Martyr.* *Coniugatorum fructus.*

dicitur,

dicitur. Aucta crementis duplicata quosdam, idest serta aucta, & duplicata crementis, coronant quosdam, qui fructum sexagesimum recipiunt. Tertius Ordo, est Virginum, & ista serta trina cumulata, hoc est adaucta, fructu centeno, ornant te ò sancte Ioan. ratione tuæ Virginitatis, & aliarum virtutum. Virgines in centenario ponuntur ordine, centenarius verò numerus, à trino trigesimo surgere dicitur, & vno addito super adiuncto denario numero, tunc fit centum, & per centum, numerus perfectus intelligitur, in quo fuit D. Io. Quia ergo talis es ò Sancte Io. nunc potens nostri meritis opimis, Pectoris duros, lapides repelle, idest, tu tua, quæsumus sanctitate, extrahe duros lapides, idest dura, ac dira nostri pectoris, peccata idest cordis. Asperum planans iter, hoc est, redde planum, & facile nobis iter ad cælum, reflexosq; dirige calles, idest vitæ nostræ semitas malas, & reflexos, siue inclinatos, vel curuos ad peccatum, meritis opimis, hoc est tuis meritis magnis. Vt pius mundi Sator, & Redemptor, mentibus pulsa, liuione puris, hoc est, vt ipse pius sator, siue factor, vel creator, mundiq; Redemptor, pulsa liuione, hoc est sorditate à puris mẽtibus nostris, veniens ad nos, ritè dignetur, idest sua pietate, inclinetur, ponere sacros gressus, nostris cordibus, idest ordinatè, & hoc sonat ritè. Vt quemadmodum te superni Ciues laudibus celebrant, ita nos Deum, trinum, & vnum laudare valeamus, & precari, vt dignetur, delicta condonare nostra, & hoc munus fidelium est, non solum Deum laudare, sed precari, vt indulgentiam dare dignetur, peccatis nostris. Hic tamen adnotare debetis, quòd aliter hic, & aliter in Patria Deus laudari dicitur; Nam hic, in creaturis, siue per creaturas Deũ laudamus, eo quia luceat in ipsis; At in Patria, Beati, idest Angeli, & similes alij Ciues superni, Deum laudant,

Castè viuentium meritũ.

Virginũ fructus.

Not.

laudant, ac celebrant in se, quia magis perfecti, Deũque perfectius cognoscunt, cum ipsum videant per essentiam, & omnia in eo. Hæc satis. In sequenti, mihi agẽdum esset de laude Dei in gratiam hymni præ declarati, sed quia Rayn. in summa sua scitè admodum loquitur de hac materia, idcirco hic pedem figo.

Rayn. c. 1. littera b.

Aurea luce.

De victoria Petri, & Pauli.



E præconijs D. Io. Baptistæ hactenus verba fecimus, modo oratio nostra dirigenda, ad Sãctorum Petri, & Pauli victorias, qui mũdum, sapientia, doctrina, nec non prædicatione sua persudere. Ait ergo Eccles. sancta. Aurea luce, &c. Quorum verborum sensus est, O lux lucis, idest ò Christe, qui es filius lucis, idest Patris, perfudisti omne seculum, idest repleuisti, & illuminasti totum mundum, aurea luce, idest Concione, atq; Doctrina Apostolorum tuorum, Petri, & Pauli, qui vt cæteri Apostoli, dicti sunt lux ob sapientiæ splendorem, bonitatis, & vitæ. Et decore roseo decorans cælos inclyto Martyrio, hoc est, tu lux Patris decorans cælos, idest creaturas cælestes, nec non Apostolos, inclyto, hoc est glorioso Martyrio rubeo. In hac autem sacra die, quæ dat reis veniam, Ianitor cæli, Doctorq; orbis pariter, hoc est, ò Ianitor cæli, idest ò Petre, qui cæli hostiarius diceris, eo quia claues claudendi, & aperiẽdi habueris, Christo tibi dicẽte, & tibi dabo claues Regni cælorũ, &c. Doctor quoq; orbis Paulus, qui gentium Prædicator, &c. Petrus vt clauiger dictus, ita Paulus Prædicator. Iudices sæcli quoq;, idest pariter Paulus cum Petro, hoc est simul Iudices fuere, & erunt mundi

Cur Petrus clauiger.

Qđ ambo Iudices.

cum

eum Apostolis alijs. Vera mũdi lumina, per crucem vnus, alter verò ense triumphãs. Hoc est Petrus vincens Neronem per crucem, eo quia Crucifixus. Alter verò, idest Beatus Paulus triumphans, idest vincens ense Neronem, quia capite truncato, Dei Regnum acquisiuit; Nam laureati, ac coronati, vitæ æternæ Principatum obtinent. O' fælix Roma, quæ tãtorum Principũ, es purpurata sanguine; Tu enim omnem mundi, excedis pulchritudinem, non tamen laude tua, sed sanctorum meritis. Roma fælix Primò, quia purpurata, decorata, & adornata, est sanguine pretioso tam magnorum Principum, Petri, & Pauli. Sic Roma fælix facta, est istorum Principum sanguine; Nunc Mundi caput facta; Nunc fidei nostræ; Nunc pietatis; Tandem Ciuitatum omnium pulcherrima, vt est videre apud multos authores, quos breuitatis caussa omitto. O' fælix festum Apostolorum Petri, & Pauli, quod per omnes mundi cardines, idest mundi partes, splendet, ac lucet. Alacriter ergo, & gaudenter dicamus, hos almo sanguine, Christum consecrasse. Hi sunt quæ oliuæ coram Domino, & Candelabra, luce lucentia. Verùm cur oliuæ? Respondetur, quia semper viridi, & recentes, ad verbum Dei annuntiandũ. Candelabra quoque, sunt appellati, quia Dominus, non sub modio, sed super Romam, atq; Populum lucentia, posuit. Pręclara equidem cæli duo luminaria, luce cæli radiantia. Insuper, fortia soluunt peccatorum vincula, hoc est destruunt peccata, quibus ligari dicuntur, peccatores, iuxta illud Vatis dicentis. Funes peccatorum circumplexi sunt me. Isti reserant Cæli, siue olympi fidelibus portas, idest aperiunt; Nam Spiritus Sancti potestatem habuerunt, nec non Cæli sedes claudendi, idest expellendi à sedibus indignos, Cęli. Linguæ eorum claues Cæli, factæ sunt, vt iam

Cur Roma fælix.

Dub.

Sol.

Lux Candelabra.

diximus, valdeque potẽtes ad Idolorum cultum repellendum; Nam Idola omnia destruebant, vt Deo immortali cultus latriæ debitus, daretur. Hæc intantum.

Aurea luce.
De mirabilibus Dei.



AD honorem Sanctorum Petri, & Pauli Apostolorũ, in animum indu xi meum, hodie de mirabilibus tractare rebus, quas Deus, in suis, est operatus sanctis; Nam nonne illud mirabile, quòd *Apostoli Sancti*, numero pauci, sanguine humiles, virtute debiles, sine litteris, quia Idiotæ, obscuri fama, odiosi practica, armis inexpertes, nudi fauore, fortuna tenues, & sine amicis, soli nihilominus, se omnipotentatui, atq; omni sapientiæ mundi, opposuerunt? Nam Spiritu Sancto ducti, absque vllo timore. Reges, Imperatores, Principes, Academias, Sinagogas, Europam, Africam, Asiam, totum denique mundum, sunt aggressi, gratia Idolorum cultus delendi, ac destruendi, leges extrinsecas perdẽdi, cultus reformandi, Sacerdotes mutandi, Ecclesias fundandi, Sinagogas sepeliendi, Iouem priuandi, Saturnum confundendi, demum illorum falsos Deos, solitis honoribus spoliandi, quòd factum est. Vnde à Mare, vsque ad Mare, contra homines soli, vt paulo ante diximus, contraq; Dæmones, ventis vela dedere, reducendi caussa hoc magnum organum Mundi ad Christum Crucifixum, & ita factum. Mirabilis itaque Deus in donis suis, & Sanctus in omnibus suis operibus, qui tot mirabilia, potissimum, est operatus in Petro, & Paulo, de

lo, de quorum præconibus, satis abundè in proximo præterito nostro sermone, diximus, & ideo non est quod amplius eadem repetamus.

Iam bone Pastor Petre.

DECREVERAM hymnum pręsentem, hodię vobis dilucidare, at ne mihi quid vitio dari possit, sermonem faciam. Primò de liberatione Principis Apostolorum, Petri scilicet ad vincula, quãdo ab Herode in carcere pŏsitus fuit; Deinceps, iter iam inceptũ prosequar. Petrus ergo Beatus, dum esset in carcere, mirabiliter Catenarum laqueos rupit, Christo tamen iubẽte, ac per Angelum præcipiente, his verbis. Surge velociter, & ceciderunt catenæ de manibus beati Petri. Qui custos ouilis, idest mundi huius fuit; Pastorque gregis, idest hominum, & conseruator ouium, hoc est cõgregationis fidelium. Vnde canitur de eo. Tu es Pastor ouium, Princeps, siue caput Apostolorum, arcens luporum truculentam rabiem, idest constringens, ac destruẽs iniquorum scilicet, ac Dęmonum, Apostolis namque, ipsi nequaquam poterant resistere. Tanta huius fuit potestas Domini, vt quodcũque vinclis super terram strinxerit, in astris, sit quoque fortiter ligatum, & quodcunque soluerit in terris arbitrio suo, idest iuditio, sit etiam super Cæli radios solutum. Verùm hic sciatis velim, quòd non impar Paulus Doctor gentium, sed ipsi æqualis, quia vas electionis, vti Eccles. Sancta, canit dicens. Tu es vas electionis Sanctæ Paulæ Apostolæ. Insuper, com par in morte, mortui enim sunt ambo, pro Christi nomine, & ideo æqualis in coronatione gloriæ, licet

Ad paria Petrus, & Paulus.

Petrus & Paulus quomodo æquales.

in Paradiso dentur mansiones multæ, idest gradus diuersi, secundum magis, & minus. Ambo ergo lucernæ, eo quia sua prædicatione mundum illuminarunt, Decus, & honor Ecclesiæ fuerunt, ac sunt, qui ideo nunc in orbe claro, idest in Cælo Empyreo clarescunt. Vos itaque gloriosi Martyres, Princeps Petre, & Paule, qui lilium mundi estis, cælestisq; aulæ milites, precibus almis vestris, nos munite ab omnibus malis, & super sydera, idest in Cælum beatorum, quod est supra stellas, portate. Tu potissimum ò Petre clemens, ò bone Pastor, accipe vota, idest precantium, ac supplicantium desideria, & peccati vincula resolue, quia legati sumus peccatis, ac illicitis desiderijs, tibi potestate tradita, hoc est, nos absolue à peccatis, illa à *Deo tibi potestate*, data. Quà cũctis, idest omnibus, Celum intrare volentibus, operis dignis, & verbo claudis indignis. O Petre Sancte, tu verè hodie cognosceris, qui te communicasti nobis, tuaq; Doctrina sancta, cibare nos voluisti, omniumque nostrum curam in humeris tuis à Christo, suscepisti: Qui nos docuisti, in Christum filium Dei, fideli confessione, signari. ò quam bonus fuisti Petre? Tu tria milia hominum, communicatione tuæ Doctrinę, ac predicatione, spiritus tamen sancti, aduentu, primò ad Deum lauacro baptismatis consecrasti; Quique Iudæam ad Christi fidem, conuertisti; Quiuè tuæ sanctitate, vitæ, virum ex vtero matris suæ claudum, sanasti, & surgere fecisti, & ambulare. Verè bonus ò Petre, Pastor diceris, quia animam tuam pro ouibus posuisti, tuis. Insuper, vt Pastor, oues suas à lupo tuetur, non secus id fecit Petrus: Pastor deinde, vt oues ad Pascua, & gregem suum reducere habet non secus Beatus Petrus, predicando, Christi fideles, ad fidem ipsius reduxit. Hæc satis.

Q[?] ambo lucernæ.

Lilium.

Iam


Iam bone Pastor.
De festo Sancti Petri.



SI mihi faueret Deus Opt. Max. vti fecit hactenus, libentissimè de festo Beati Petri agerem; Nam multis de caussis ab Eccl. Sancta, solennizatur.
1 Primò, propter liberationem mira-
2 culosè factam à vinculis; Secundò, quia Alexander Papa, qui sextus, post Petrum Eccl. rexit, & multos ad Christi fidem conuertit, hoc festum propterea
3 celebrari iussit, Tertia caussa institutionis huius festi, est quia Romæ quidam Imperator Octauianus in bello fortissimus, cui vir quidam Iudæus, pro magno munere, cathenas duas obtulit, quibus Beatus
4 Petrus, vinctus fuerat prius; Quarta caussa, quia Deus Beatum Petrum (vt iam tactum) miraculosè à vinculis absoluit, & eidem ligandi, & soluendi potestatem tradidit. Nos verò quia peccatorum vinculis ligati tenemur, & absolui indigemus, idcirco potissimum huius festum ex corde solenizare, debemus. Verùm quia mentio facta fuit de ligandi, atque soluēdi potestate, quæ ipsi Petro à Deo tradita, propterea, scire debetis, quòd non solum ipsi, sed etiam suis successoribus, videlicet, quātum ad peccatorum absolutionem, vel quātum ad excommunicationem fuerit concessa. Iam bone ergo Pastor Petre, canit
1 Eccl. & meritò; Nam præ omnibus in Apostolū
2 à Christo, es electus; Insuper feruentioris affectus
3 in charitate ad Christum; Tertiò, quia datus, in
4 exemplum pænitentiæ peccatoribus; Quartò, quia Primus Christi, Vicarius factus; Cui commissa est

est tota Eccl. cum omnibus hominibus, qui in mundo fuere. Vnde dixit Dominus, Pasce oues meas;
5 Quintò, quia tibi Cæli claues commissæ, his verbis. Tibi dabo claues Regni cælorum, &c. ò quale donum? Nam non dixit Dominus, claues vnius Ciuitatis, aut Prouintiæ, sed totius Dominij, vt ad ipsum pertineat claudere, & aperire, cuicunque voluerit, pro sua voluntate. Iam bone igitur Pastor Petre canit Eccl. in peccatorum solatium, vt nullus audeat desperare de suis peccatis, Deus namque, sua misericordia, succurrit contritis, & hæc satis.

Doctor egregie, &c.



BI de Petro eo modo, quo potuimus, verba fecimus in superiori, modo superest, vt agamus de Sancto Paulo, vna cum Eccl. ita dicentes. Doctor egregie, &c. quorum verborum, hic est sensus. ò Sancte Paule Doctor egregie. i. nobilis, instrue quæso, siue doce mores, atque Dei ordinationes, menteque polum, nos transferre satage, hoc est ne tua dimittas charitate, laborare. i. ad polum mentes nostras, siue ad cælum portare, vel ducere, donec perfectum largiatur plenius, hoc est, donec Deus, nobis mente plena, donetur, euacuato quod ex parte gerimus, idest dimisso, ac destructo peccato, quod in isto mortali pectore facimus, quia aliter gloriatur homo in isto mundo, & aliter gloriabitur in futuro, sibi data immortalitate vtriusque partis; Nã homo euacuato peccato quantum ad animam, & quò ad corpus, non morietur, ita quod in vtraque parte, videlicet, in anima, & corpore largiatur idest det nobis, siue donaturus

rus sit Deus immortalitatē in futuro sęculo, quàm in isto plenius. ò Duæ oliuæ siue binæ, Petre, & Paule, pietatis vnicę, qui mundū illuminastis, veluti oleum, quod est illuminatiuum, dico vnicę pietatis .i. coniunctæ, quia in eorum vita, se dilexerunt, & in morte non sunt separati; Fide deuotos, spe robustos, maximè fortes, geminæ charitatis repletos, post carnis mortem, impetrate pro nobis, viuere deuotos .i. fide puros, & robustos .i. firmos maximè, hoc est specialiter spe; Petite insuper pro nobis, vt repleti geminæ charitatis .i. charitate duplicata, puta Dei, & proximi, ita viuamus, vt post mortem nostræ carnis, vitam æternam, consequi valeamus. Tu potissimum ò Paule Sancte Prædicator veritatis, qui es Spiritu, raptus in tertium Cælum, & audiuisti arcana Dei, quæ non licet homini loqui, sic satage, labora, & effice, nosque in Cælum famulos tuos extolle, donec plenius perfectum tribuatur in futuro, penitus euacuato, ac dimisso, quod ex parte gerimus, idest mortalitate eliminata, quā in mortali corpore gerimus vt in futuro gloriemur plenius, & perfectius. Amen.

Doctor egregie, &c. De Euangelio Dei.



NACTI occasionem ex verbis hymni superioris iam declarati à nobis, hodiè verba faciemus de Christi Euangelio, quod vt vos non fugit, græca dicitur dictio, & sonat bonam annunciationem. Quare autem dicatur bona annunciatio, Eusebius lib. 6. de præparatione, sic ostendit; Euangelium dicimus, *Quid sit Euang.*

quod

quod æternorum, atque incorruptibiliũ bonorum, quæ certè suprema, & maxima sunt, & ex antiquissimis, prædicta temporibus. Euangelium autem ab
Apost. Apostolis fuit prædicatum in vniuerso mundo, siue orbe terrarum, iuxta illud, in omnem terram exiuit sonus eorum,&c.ita vt nulla sit lingua ad quam modo non peruenerit Euangelium,aut per Apostolos, aut per successores eorũ. Doctor Egregius Paulus, vas electionis à Deo electus,ad Rom.scribens,ita de
Apost. Euangelio dicebat. Euangelium, est virtus Dei in salutem omni credenti,&c. Vnde Christus benedicebat; qui crediderit sermoni meo de morte ad vitam,transcibit; Insuper, verba, quæ loquor vobis, Spiritus,& vita sunt. Nec mirum,quia Christi Euangelium,est veluti gladius contra Diaboli arma, quo infidelium omnium, arma superamus, omnia mala, persecutiones, tribulationes, infirmitates, omne denique, quod nobis,nocere posset. Induti enim hoc gladio, & armati, Iudæos, Philosophos, Retores, & mundi sapientes omnes, confundimus. Hoc D.
Euang. vis. Paulus, Romam superbam domauit, D.Io. Græciã; Petrus Iudæam; Et omnes Apostoli, Orientem debellarunt, tirranosque superauerunt, non timentes Principum minas crudelium, sed euntes, & gaudentes à conspectu Concilij, &c. Hoc quoque gladio Eccl. Sancta defenditur; Hoc, Christo reconciliamur; Hoc, nobis peccatorum remissio datur. Quod, quam dignum, ex obiecto, quod est Deus cognosci potest, ad quem Deum bonis operibus aspirare debemus, vt vna cum Eccl. Sancta, hodie hylari vultu dicamus. Doctor egregiè Paulę,&c.



Lauda

Lauda Mater Ecclesia.



VM Deus, luminaria duo in cælo fecisset, vnum illuminans Diem, alterum noctem; sic etiã duas mulieres creauit, nempè Virginem Mariam, & Magdalenam, tanquam fulgentissima mundi duo lumina, vt sicut ex Sole, & Luna, omnia animantia, & creaturæ omnes, lucem, & vitam sumere dicuntur, ita lucem spiritualem, idest gratiam, rectamq; viuendi normã, homines, ex sanctis istis mulieribus, veluti ex Sole & Luna, quęrere discant. Et vt Sol Diem illuminat, & Luna noctem, ita Virgo Maria, illuminare, & conseruare charos Deo, dicitur. Maria verò Magdalena, noctem, idest peccatores, in tenebris ambulãtes, suo exemplo ad lumen indefitiens, idest ad Deum, est trahens. Quare vna cum Eccl. Sancta, in honorem Mariæ Magdalenæ hymnum præsentem, dulciter decantabimus, ita dicentes. Lauda Mater Eccl. &c. *Hymni materia.*

1 Vbi quatuor ponderanda; Primò Christi clementia, qui per septem Spiritus sancti dona, non solum Magdalenam, verùmetiam ad se omnes cõfluentes, purgat à vitijs. Vnde dicitur. Lauda mater Eccles. lauda Christi clementiam, qui septem purgat vitia

2 per septiformem gratiam; Secundò, Mariæ Magdalenæ plena expiatio à vitijs, & peccatis septem;

3 Tertiò cursus ad medicum, ex quo se vidit vulneratam à peccatorum sagittis, vt curaretur à Medico

4 illo Maximo, puta Deo; Quartò, eius dignitas, ad quam ipsa, est delata, & per Christum euecta, post curationem vulnerum. Secunda ibi, Maria; Tertia, ibi, Aegra; Quarta, ibi, surgentem cũ victoria. Lauda

ergo Eccl. Chatolica, idest vniuersalis, eo quia à vitijs septem, Magdalena, sit emūdata; Lauda inquam ò anima pia, Christi clementiam, qui hodie, hanc iam sanauit peccatricem, & genus humanum vniuersum; Lauda tu quoque, & exulta gaudio plena ò fidelis anima, erga nos videns tantam Christi clementiam, qua tota die, miseretur, & commodat. Quis ergo ad se reuersus, vt Nabuchodonosor scelera cognoscendo sua, cæli Regem non laudabit, & magnificabit? Nonne ad hoc, Eccles. sancta adhortatur, vt Christi clementiam laudibus extollamus? Maria soror Lazari, quæ tot commisit crimina, ab ipsa fauce tartari, redit ad vitæ præmia. Quod est dictu. Cum publica pænitentia, Mulier ista, soror Lazari, & satisfactione, ad Dominū fuerit conuersa, tunc ex damnationis baratro, & perditionis via, integrè, & sincerè resipuit, Christiq; in carne diuersantis, hospita fuit, & Resurrectionis Domini ad Apostolos, nuncia. Disce ergo tu ò homo, quàm sufficiēs, sit remedium pænitentia, contra peccata, & ad vitæ æternæ, consequenda præmia; Nam ista Mulier à tartari fouea, liberata, & à perditionis via, ad quam illa septem Dæmonia perduxerant, iam sufficienti pænitentia, peracta. Verè ergo soror Lazari, quò ad consanguinitatem, & peccatorum contagiem, turpitudinem vè. At Clementissimus Iesus, & Lazarum resuscitauit, & hodie Magdalenam à vitijs purgauit suis, & sic post fluxæ carnis scandala, sit ex lebete Phiala; in vas translata gloriæ, de vase contumeliæ. Scandalum latinè offendiculum, vel ruinam, vel impactionem signat, cum inter ambulādum, pes lapidi impactus, aut obuio cuiusuis corpori solido, ruinam ex offensione, ambulanti, infert. Per translationem autem, scandalum ruinæ occasio dicitur in peccatum, dicto, vel facto, alicui præstita, vt hic. Lebes verò lebetis, vas æneum

Quid scā dalum.

Quid lebes.

æneum dicitur, in quo bulliunt carnes, & aqua feruente, decoquuntur, & ab alijs olla, cacabus, vel caldarium nominantur. Phiala autem, vim vasculum, aut aquæ, ex auro, vitro, aut chrystallo conflatum. Hinc apta vides, quæ nā sit, significatio. Maria namque prius sordida, vitijsq; atra, desiderijs feruens carnalibus, & concupiscentijs, nec non tanquam lebes sordidissimus, facta est mundissima Phiala, hoc est, ex impia, pia, & iniusta, iusta; Nam in vas gloriæ, ex vase contumelię, est translata. Vnde ægra currit ad medicum, vas ferrens aromaticum, & à verbo multiplici, verbo curatur Medici, quod est dictu. Mulier ista vitijs, & luxuùm plena spurcitijs, lauanda currit, & curanda ad medicum Deum misericordiæ fontem, non secus, ac fecit Nabuchodonosor, qui sua delicta, & facinora cognoscens, ad cælum oculos leuauit suos, & in sempiternum, Dei virtutem laudauit, & glorificauit, & ideo in Regno suo, restitutus fuit. Et quia hæc mulier, suorum putredine peccatorum, iam fætebat, idcirco vas aromaticum ferrebat, idest vnguentum pro suę carnis odore sibi adhibuit, cum ad Deum ipsa perrexit, vt Dei verbo curaretur. Mysticè verò per vas aromaticum, velim, fidem intelligatis, spem, & charitatem, cæterasque virtutes, quibus à peccatis surgimus. Vnde surgentem cum Victoria, Iesum videt ab inferis, prima meretur gaudia, quæ plus ardebat cæteris. Videre etenim Christum resurgentem, digna fuit, iuxta illud Euangel. Surgens autem Iesus, mane prima sabbati, Mariæ Magdalenæ Primò, apparuit. Quę prima, dicta est mereri gaudia, quia sibi Christus primo apparuit, de qua septem eiecerat Dęmonia; Nec mirū, plus nāq; cęteris, ardebat, & ideo succēsa igne sui amoris à monumento nō recedebat, etiā Discipulis recedētibus. Quare soli Deo sit gloria, in sęculorū sęcula. Amen.

Quid Phiala.

Quid per vas aromaticū.

Lauda Mater Eccl.

De festo Sanctæ Mariæ. Magdalenæ.



GAM non magno verborum apparatu hodie, de festo Mariȩ Magdalenæ, vt valeatis cognoscere, Deum voluisse in sua Eccl. tale solenne esse; vt peccatores quantumcunque magni, de venia suorū peccatorum,

D. Aug. non debeant desperare; Nam D. Aug. ait, *de nullo peccatore, quamdiu in hoc mundo viuit, desperandum fore.* Vnde in decretis dicitur, desperandum

Psal. non est in vita præsenti, quia vt ait Psal. Misericordia Domini, plena est terra; vt exemplo patet Mariæ Magdalenæ, cui peccata multa, sunt dimissa, quia dilexit multum. Hæc multa, dicitur habuisse priui-

1 legia, quorum primum, quòd fuit data Christianis peccatoribus in exemplum, vti Maria Virgo in

2 exemplum innocentiæ: Alterum, est priuilegium, quòd Christi hospita, cum Martha sorore, fuit sua: Nam sorores istæ duæ, frequenter Christum cū suis

3 Discipulis, in hospitium, recipiebant; Tertium priuilegium, est respiciens feruentem charitatem ad Christum, quod ex eo patet, quia separari ab eo nunquam potuit, neque in vita, neque in morte, neque post mortem; Nam in vita, sequebatur Christum, &

Matth. 15. sibi ministrabat, vt Matt. xv. habetur. Item ipso in cruce existente. Io. xix. Post verò mortem, Christo

Io. 19. Io. 20. 4 in monumento iacente. Io. xx. Quartū Priuilegiū, quia fidem habuit promptam, veram, & magnam, eo quia citius Christi Resurr. quam Apostoli, credidit.

5 Quin-

5 Quintum Priuilegium, quia Christus, præ omnibus Apostolis, post suam Resurr. primitus apparuit.
6 Sextum Priuilegium, quia Christus, eam fecit audire Angelicam iubilationem, nec non degustare
7 dulcedinem Cælestem; Septimũ Priuilegium, est, quòd hodierna die festum ipsius Magdalenæ, vniuersaliter in tota Eccl. Romana, solenniter, & deuotè celebratur. Quare iuremeritò, dicere poterimus. Lauda Mater Eccl. & quæ sequuntur. Hæc satis.

Maria Nardi Pistici.

DOMINVS noster Iesus Christus à Pharisæo quodam, nomine, Simone, cum rogatus, vt manducaret cũ illo, & iam Pharisæi Domum, cum foret ingressus, discubuissetque. Ecce Mulier, quæ in Ciuitate, erat peccatrix, vt cognouit, quòd Iesus acubuit in Domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti, & stans retro secus pedes eius, lachrymis cæpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat, vt D. Lucas refert. Quare Eccl. Sancta, in honorẽ Beatæ Magdalenæ, hymnum hunc decantat, dicens. Nardi Maria pistici, sumpsit libram mox optimi: Vnxit beatos Domini, pedes rigando lachrymis. Vbi sciendum pro intelligentia dictorum, quòd Maria Magdalena statim, hoc est sine mora. i. mox, ex quo audiuit Christum à Simone ad cænam inuitatum, vngnenti libram accepit, & ita pedes Domini vnxit, quod vnguentum erat nardi pistici, hoc est prætiosi; Nardus etenim, species est aromatica, longè à terra in altitudine, radix cuius pinguis, & densa, firma, & odorifera, & nigra, ex qua spe-

Materia hymni.

Quid Nardus.

cie,

Lauda Mater Eccl. De festo Sanctæ Mariæ. Magdalenæ.



GAM non magno verborum apparatu hodie, de festo Mariç Magdalenæ, vt valeatis cognoscere, Deum voluisse in sua Eccl. tale solenne esse; vt peccatores quantumcunque magni, de venia suorũ peccatorum,
D. Aug. non debeant desperare; Nam D. Aug. ait, de nullo peccatore, quamdiu in hoc mundo viuit, desperandum fore. Vnde in decretis dicitur, desperandum
Psal. non est in vita præsenti, quia vt ait Psal. Misericordia Domini, plena est terra, vt exemplo patet Mariæ Magdalenæ, cui peccata multa, sunt dimissa, quia dilexit multum. Hæc multa, dicitur habuisse priui-
1 legia, quorum primum, quòd fuit data Christianis peccatoribus in exemplum, vti Maria Virgo in
2 exemplum innocentiæ; Alterum, est priuilegium, quòd Christi hospita, cum Martha sorore, fuit sua; Nam sorores istæ duæ, frequenter Christum cũ suis
3 Discipulis, in hospitium, recipiebant; Tertium priuilegium, est respiciens feruentem charitatem ad Christum, quod ex eo patet, quia separari ab eo nunquam potuit, neque in vita, neque in morte, neque post mortem; Nam in vita, sequebatur Christum, &
Matth. 15. sibi ministrabat, vt Matt. xv. habetur. Item ipso in
Io. 19. cruce existente. Io. xix. Post verò mortem, Christo
Io. 20. 4 in monumento iacente. Io. xx. Quartũ Priuilegiũ, quia fidem habuit promptam, veram, & magnam, eo quia citius Christi Resurr. quam Apostoli, credidit.

5 Quin-

5 Quintum Priuilegium, quia Christus, præ omnibus Apostolis, post suam Resurr. primitus apparuit:
6 Sextum Priuilegium, quia Christus, eam fecit audire Angelicam iubilationem; nec non degustare
7 dulcedinem Cælestem; Septimũ Priuilegium, est, quòd hodierna die festum ipsius Magdalenæ, vniuersaliter in tota Eccl. Romana, solenniter, & deuotè celebratur. Quare iuremeritò, dicere poterimus. Lauda Mater Eccl. & quæ sequuntur. Hæc satis.

Maria Nardi Pistici.

DOMINVS noster Iesus Christus à Pharisæo quodam, nomine, Simone, cum rogatus, vt manducaret cũ illo, & iam Pharisæi Domum, cum foret ingressus, discubuissetque. Ecce Mulier, quæ in Ciuitate, erat peccatrix, vt cognouit, quòd Iesus acubuit in Domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti, & stans retro secus pedes eius, lachrymis cæpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat, vt D. Lucas refert. Quare Eccl. Sancta, in honorẽ Beatæ Magdalenæ, hymnum hunc decantat, dicens. Nardi Maria pistici, sumpsit libram mox optimi: Vnxit beatos Domini, pedes rigando lachrymis. Vbi sciendum pro intelligentia dictorum, quòd Maria Magdalena statim, hoc est sine mora. i. mox, ex quo audiuit Christum à Simone ad cænam inuitatum, vngnenti libram accepit, & ita pedes Domini vnxit, quod vnguentum erat nardi pistici, hoc est prætiosi; Nardus etenim, species est aromatica, longè à terra in altitudine, radix cuius pinguis, & densa, firma, & odorifera, & nigra, ex qua spe

Materia hymni.

Quid Nardus.

cic,

cie, tale vnguentum conflatum, dicitur fuisse, licet aliquando etiam fieri soleat de radice, aliquando de folijs, & aliquando de spica. In proposito, Nardus habet capi pro dicta herba, vel pro vnguento ex tali herba conflato, ac constituto. Vnde Nardum pisticum consueuimus appellare vnguentum purum, non corruptum, neque, mixtura aliqua, mixtum. Hinc pistos grecè, latinè dicitur fides, ideo vnguentum pisticum idest fidele. Quare pisticus, & Nardus sonant fidum, siue fidelem. Vel sic, Nardi pistici ad locum illum denotandum, vbi Nardus, herba talis inuenitur, cuius vnguento, Maria Magdalena, pedes Domini vnxit, rigando. i. lachrymis lauando eius pedes capillisque suis extergendo. Mulier hæc, multum delectabatur de capillis, & idcirco pedes Domini voluit tergere, in suæ contritionis magnæ, signum. ò Magdalena speculum peccatorum, quæ quia Deum tuum, luxurioso aspectu, offenderas, ideo oculis, & lachrymis satisfacere, voluisti; Capillis quoque tuis, ideo curasti satisfacere, ipsis; Incessu insuper superbo, & propterea, nunc humilis coràm Christo, facta; Ore deinceps tuo, factorem offenderas tuum, ideo vt satisfaceres, eius pedes osculari voluisti; Deniq;, toto corpore, non secus pænitentia triginta annorum, latens in spelunca, Deum placare, voluisti; Verùm dicetis, quæ caussa fuit, Magdalenam ad peccandum inducens? Respondetur, quòd quadruplex; Prima, corporis fuit dispositio, siue membrorum proportio; Secunda, libertas; Tertia, diuitiarum abundantia; Quarta, & vltima, inuerecundia. Sed nunc mutata, eo quia de terrena, cœlestis facta; De temporali, spiritualis; Tandem fęlix, & beata. Quis ergo nostrum, huius exemplo, nō laborabit vniri Christo? cui Decus, & imperium, in sęcula, sęculorum. Amen.

Quid pistos.

Modus satisfaciendi.

Dub.

Solut.

Maria nardi pistici.
De contritione.

X pænitentis parte, cum ad peccati deletionem, principalius, & vt quid essentialius contritio requiratur, propterea de hac in præsenti, paucis agendum, quò ad quid est. Vt enim norunt docti, contritio, est peccati detestatio, vel dolor voluntariè assumptus pro peccatis, cum proposito confitendi, ac satisfaciẽdi; Vel sic. Contritio, est peccatorum displicentia, à se commissorum, liberè elicita à voluntate, ad diuinam placandam offensam. *Quid cõtritio.* Hinc displicentia perfecta, vocatur contritio, quando fit de peccatis omnibus, & secundum omnes circunstantias requisitas ad pecca torum remissionem. *Not. de contr.* Hic sciendum, quòd contritio vera, semper charitate, est perfecta, & habere dicitur gratiã informantem, actus cuius in hac vita satisfactorius vocatur quantum ad actum, licet, quò ad habitum, durare semper debeat. Attritio verò semper in formis per oppositum, & vitiosa quandoque, & quandoque etiam indifferens. Verùm dubitabitis, dicentes. Inter pænitentiæ partes, quę sunt, cordis contritio, oris Confessio, & operis satisfactio, quæ principalior? *Dub.* Gabriel vt scribit, vera cordis cõtritio principalior dicenda, eo quia per eam finis pænitentiæ, puta peccatorum remissio consequitur, videlicet ad cordis contritionem. *Sol.* Hæc integrari dicitur ex quatuor vt scribit Gerson parte 4. lect. 1. quo-
1 rum primũ, liberi arbitrij motus dicitur in Deum
2 super omnia diligendum; Alterum, respicit mo- *Ex quot contritio integretur.*


tum

tum eiusdem liberi arbitrij in peccati detestationẽ; 3 Tertium, respicit gratiæ gratum facientis infusionem; Quartum, & vltimum, culpæ expulsio-
5 nem; Quidam alij videntur addere quintum, quod respicit diuinam Præuentionem, qua liberum arbitrium mouetur, & excitatur ad ea, quæ dicta sunt. Si plura desideratis de contritione, legite Compendium Theologicæ veritatis pag. 570. columna prima, vbi agitur de impij iustificatione in laudem Mariæ Magdalenæ. Insuper lexicon Theologicum, & Manipulum curatorum pag. 245. & plus vltra, vbi perpulchra habetis de hac materia, nobis tã Necessaria. Hæc intantum.

Comp. pag. 570.

Lexicon Thelog.

Aeterni Patris vnice.



T Euangelicus Pater, filium suum prodigum, qui bona sua dissipauerat, tam benignè recepit in Domũ suam reuertentem, osculabatur, induebat stola, anulũ in manus eius dabat, valde gaudens, quia perierat, & nunc reuixit; Insuper, vt Euangelicus ille homo, ouem ex quo inuenit, quæ iam perierat, amicos, & vicinos conuocabat dicens illis, congratulamini mihi, quia ouem inueni, quam perdideram; Non secus hodie Eccl. Sancta videtur facere, idest gaudere multum, & lætari, eo quia Magdalena, quæ prius culpa sua, perierat, & vsque ad os inferni delictis proprijs, ac corporis sui sordibus, deducta nũc ad thronum gloriæ, sit reuocata, dum dicit. Aeterni Patris vnice, nos pio vultu respice, qui Magdalenã hodie, vocas ad thronum gloriæ, &c. Vbi primo docemur Dei filium deprecari, vt suæ benignitatis ocu-

Hymni materia.

Quid nobis agendum.

lis,

lis, nos intueri, ac tueri velit, qui Magdalenam in Cælum assumpsit; Deinde, vt per eam, eiusque merita magna, Deus ipse, vna spes pænitentium, soluat nostrorum pœnam peccatorum. O' ergò vnice filij Dei ab ęterno, qui es genitus à Patre, quique ei vnicus es, & nobis Dominus, Virginis verò Mariæ in tẽpore filius, nos vultu quæso pio respice, gratiamq; tuam nobis concede, nec non dona gratiarum septẽ, quæ Marię Magdalenæ contulisti, & ad gloriæ thronum, idest ad cælestem Patriam, vocasti. Hæc Domini, Sancta Mulier, vbi primum fuit assumpta, in Cælum, in Regis thesauro dragma iam perdita, statim, est reposita. Quod est dictu. Magdalena, quæ ob eius plurima vitia, atq; peccata, erat perdita, & à statu diuinæ gratię, multum separata, Dei tandẽ misericordia, de peccatorum luto, est eruta, & sancta reddita. Vel sic. Maria Magdalena, est luci Regis, idest filio Dei, qui Patris vera imago, est reddita, & ipsi indeficienti vnita. ò Iesu ergo, vt ad te dirigatur noster sermo, dulce Refrigerium, spes vna pænitentium, peccati nostri solue debitum. Tu enim es dulce refrigerium; Tu subleuatio, & nostræ mẽtis recreatio, vt canit Eccl. dicens. Dulcis hospes animæ, dulce refrigerium; Nam in te solo, & nõ in alio nostra salus. Tu enim errantium via, ideò debes nobis succurrere, & nostri misereri, vides namque, nos quotidie exagitari, in huius vitæ fluctibus, videlicet, modo ex insidijs Diaboli, mundi, & carnis, & similium. Quare nos rege tuis precibus. Amen.



Aeterni Patris vnice.
De Pænitentia.



ICCO, ne videamur velle pertrã sire pede, quæ paulo ante declarata fuere, idcirco in pręsenti verba faciemus de pænitentia, quę varijs solet describi modis à Doctoribus, inter quos D. Greg. & D. Ambr. qui ita dicunt. Pænitentia, est præterita mala plangere, & plangenda, iterum non cõmittere. Magister sent. lib. 4. ita fatur. Pænitentia, est virtus à Deo nobis infusa, qua mala commissa plangimus, cum emendationis proposito, nos reconcilians ipsi Deo. Vbi

D. Greg.
D. Amb.
Magister sent.

1 genera caussarum quatuor consideranda; Genus
2 causę efficientis, vt Deus; Causę materialis genus proximum, actus pænitentis, remotum verò, mala
3 commissa; Genus caussæ formalis, gratia gratũ fa-
4 ciẽs, nobis infusa; Genus causę finalis, est Dei reconciliatio ad vitam æternam consequendam. At dicetis, cum Pænitentia, finita sit, & peccata mortalia infinita, nũ talia delere poterit? Respondetur, duobus posse concipi modis pænitentiam; Vno modo, vt à nobis pcedit, & sic vt finita, nõ valet delere peccata, cum non sit tantæ potestatis, & virtutis. Alio modo, vt est à Deo, & ita infinita, & valet delere peccata. Num verò homini sit necessaria, minimè dicam, hoc enim (vt dici solet) lipis, & tonsoribus, dilucidum. Quo namque modo, ipsi Deo conciliari poterimus, quem corde, ore, & opere offendimus, sine his tribus, contritione, confessione, & satisfactione? Quare Necessaria, est homini pænitentia.

Dub.
Sol.
Num necessaria.

Quò

Quò ad primum ecce Vates: Cor contritum, &c. Quò ad secundum, illud actuum 19. extat. Multi credentium, veniebant confitentes, & annuntiantes, actus suos. Quò ad tertium, ecce D. Io. baptistæ pronuntiatum; Nam dicebat; Agite fructus pœnitentię! Quæ, lassos, & defatigatos, fortificat; Vulneratos, sanat; Mortuos viuificat; Iram Dei placat; Tandem ad vitam æternam nos ducit, vt Mariæ Magdalenæ exẽplo patet. Si plura desideras ò lector, vide Rayn. pag. 145. vbi pulchra. *Actu 19.* *Rayn. pag. 145.*

Tibi Christe splendor Patris.



ARBITROR vos scire, Deum de nobis, Angelis suis mandasse, vt nos custodiant, iuxta illud Psal. d. Angelis suis, Deus mãdauit de te, &c. Hinc nobis occasio datur, laudibus deuotis, Christi celebrandi benignitatem, his verbis. Tibi Christe splendor Patris, vita virtus cordium, in conspectũ Angelorum, votis voce psallimus: Alternantes concrepãdo, melos damus vocibus, & quæ sequuntur. Magna equidem Christi benignitas, fuisse dicitur, quia Angelis suis, mandauit de nobis, vt nos custodiant in omnibus vijs nostris, & precipuè Michaeli Arcangelo, cui dedit principatum, siue potestatem coercendi antiquum serpentem, à cuius afflatu, & veneno, subsidio Angelico, petimus liberari. Hic omittam recensere secundum D. Greg. post Dionysium, nouem Angelorum ordines; Nam dantur Angeli, Archangeli, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominatio- *Materia hymni.* *Christi Benignitas.* *Quot ordines Ang.*

nes, Throni, Cherubim, & Seraphim. Inter quos Archangeli, ſummi nuncij vocantur, quoniam eorum vocabulum, ſonat nomen offitij, & nō naturæ. Hinc ad Virgin. Mariam, non quilibet Angelus, eſt miſſus, ſed Gabriel Archangelus. Veneremur itaq; in tali feſto, in alijſq; feſtis ſolennibus, Angelos, ſed Michaelem precipuè, qui Paradiſo præeſt, & conſtitutus à Deo ad ſuſcipiendas animas. At hic notandū, quòd Chriſtus tres denominationes habere, dicitur; Nam ſplendor appellatur Patris, vita, & virtus cordium. Quantum ad primum, ait Apoſtolus Hæbr. 1. Qui cum ſit ſplendor Paternę gloriæ, &c. Quod vita, clarum; Nam per ipſum, ſunt facta omnia, & ideo in ipſo vitam habent, & ita Chriſtus vita omnium. Quod ſit virtus, audite; Nam vt anima, eſt corporis virtus, & vita, ſine qua, corpus momento ſubſiſtere nequit, ſed marceſſit, & euaneſcit, ita animarum, & cordium noſtrorum, vita, & virtus Chriſtus eſt, quo ſine, haud per momentum, viuere, vel ſubſiſtere poſſumus, quia viuimus mouemur, & ſumus in ipſo. Quare ò Chriſte, qui es ſplendor Patris, vita, & virtus cordium, tibi pſallimus in conſpectu Angelorum, votis, ac precibus, ideſt corde, ore, & opere, & melos vocibus damus, ideſt melodias, vocibus alternatis decantantes, nec non collaudamus venerantes, omnes cæli milites, ſed præcipuè Michaelem, in virtute conterentem Zabulon. Quod Sanctus Michael, ſit Primus, & Princeps Cæleſtis exercitus, patet ex verbis Domini dicētis; Nemo eſt niſi Michael Princeps noſter. Sanè inter eos Angelos, qui miniſtratorij ſunt ſpiritus, ad nos, & in miniſterium miſſi, & hæc inferiora gubernātes, Michael ipſe primatum obtinet, vt nullus ſit nobis nominatim, expreſſus, qui tantum coercendæ poteſtatis, accceperit virtutem. Quod etiam Michael Ar-

Not.

Hebr. 1.

changelus, insigni virtute, antiquum hostem, idest draconem, siue zabulon contriuerit, clarum est in reuelationibus Sancti Io. idest Apoc. 12. Quo ergo custode, procul pelle Rex Christe pijssime, omne nefas inimici, mundo corde, & corpore, Paradiso redde tuo, nos sola clementia. Hic duos vltimos, velim attendatis versus, & ita dicatis, quòd sicut sola Dei misericordia, est quia non sumus consumpti, vti peccata nostra exigunt, ita soli Diuinæ ascribendum venit misericordiæ, quòd in Cælestem gloriam, nobis introitus pandatur. Humili itaque confessione, cum Apostolo dicamus, quòd non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum magnam misericordiam suam, saluos nos fecit in Regno suo Cælesti. Huic ergo vocibus personemus gloriam. Amen.

Apoc. 12.

Not.

Tibi Christe, &c.

De custodia Angelorum.



ACTVRVS Deo duce, de custodia Angelorum, hodierna die, tria faciam; Nam Primò, Christi charitatem detegam; Secundò, Angelorum humilitatem; Tertiò, hominis dignitatem. Quò ad Primum, magna certè Christi charitas ex prætactis, & in illo cognoscitur, qui mãdauit, &c. In Angelis deinde humilitas magna, & in homine dignitas, detegitur, & vtilitas. Christi charitas, in hoc ostenditur, quòd tales, ac tantos homini deputauit custodes. Vnde D. Bern. ait. Domine, quid est homo, quia innotuisti ei, aut fil. hom. quia re. eum. Quantum ad secundũ, in Angelis humilitas magna ostenditur, eo quia tam humile

Christi charitas.

D. Bern.

Angeli humilitas.

humile offitium, minimè recusant, at diligentissimè homines custodiunt, illisq; ministrant. Vnde homo deberet habere coràm Angelo, magnam reuerentiā, qui sibi ministrare dignatur. Hinc D. Bern. In quouis diuersorio, in quouis Angelo, reuerentiam exhibe, tuo Angelo, nec audeas illo presente, quod me vidente, non auderes. Verùm dicetis, num Angeli semper custodiunt homines? Respōdetur, quòd sic: Nam stantes, tenent ne cadant: Cadentes adiuuant, vt resurgant: resurgentes, custodiunt, ne iterum cadāt. Quò ad tertium, in homine dignitas magna detegitur, & ideo D. Hieron. dicere consueuit. O' Magna animarum dignitas, vt vnaqueq; ab ortu natiuitatis suæ, habeat Angelum in sui custodiam deputatum. Datur etiam homini Angelus existenti in vtero matris, ne à Diabolo suffocetur. Et quia egressus ab vtero Matris, posset à baptismi gratia impediri, & sic damnari, propterea Angelus etiam extra datur homini. Vlterius, viuens in mūdo, quia peccata committere posset multa, & ab illis opprimi, & conculcari, ideo Angelus, sibi in custodiam, & defensionē datur. Præterea, quia de fide tentari posset, de mundo exiens, & induci in desperationem, & ita à Confessione, & Sacramentis impediri, hinc fit, quod Angeli custodia, homini perutilis. Addite vos, quòd homini custodia, etiam post mortem necessaria; Nam dantur tres viæ post mortem, quarum prima ducit ad infernum; Altera ad purgatorium; Tertia ad cælum. In Prima, Angelus animam custodit, ne à Dæmonibus rapiatur, & ad infernum deducatur; In Altera, Angelus animam custodit, & in purgatorium ipsam, vt purgetur, inducit, postquam verò purgata fuerit, lætanter ipsam educit, In tertia via, quæ ducit ad cælum, animam Angelus custodit, dum ipsam ab omnibus laqueis defendit, & in Cælum inducit.

D. Bern. *Dub.* *Sol.* *Hominis dignitas.* *Via tripl.*

Quare

Quare non sine caussa, illud Psal. nobis decantandum ex corde. Angelis suis, Deus mandauit de te, &c. Et hæc satis.

Christe Sanctorum Decus.

DE præconijs agebamus superius, Archãgeli Michaelis, cælestis exercitus, primatum potissimum tenentis, modo superest vt nostra dirigatur oratio ad Christum, quem orare debemus, vt dignetur nobis dare in munimen, & auxilium hos tres Archangelos: Michaelem, Gabrielem, & Raphaelem; Dicamus ergo vna cum Eccl. sic. Christe sanctorum Decus, &c. idest, ò Deus, siue honor Christe, Sanctorum Angelorum ad differentiam malorũ Angelorum; ò Christe Rector, & humani generis auctor, siue augumentator, tribuæ nobis æternum benignus, scandere cælum, idest, tu benignus, & pius, ac misericors, gratiã dona, vt ad Regnum æternum peruenire valeamus. Angelus pacis, Michael ad istam, cælitus mitti, rogitamus aulam. Hoc est, ò Christe, qui cælestis, dignare, vt frequenter, te rogamus, nobis pacis Angelum mittere, vt inter nos peccatores, & Deum nostrum ponat pacem, vt crebro veniente, crescant prospera cuncta, idest, vt prospera sint omnia, idest bona crescant quò ad corpus, & quò ad animam; Angelus fortis Gabriel, vt hostem pellat antiquum. Gabriel, (vt vos non fugit) dicitur fortis, eo quia Christi incarnationem fortiter nũtiauit, hostemq; antiquum, expulit; Sed quò modo id fieri habeat, audite. Volitet ab alto, sæpius templum veniens ad istud, visere nostrum. Quod est dictũ. Volando veniet ab alto cælo,

Materia hymni.

Quid dicat Gabriel.

lo, pellatq; inimicum antiquum, qui ab initio mundi, fuit, est, & erit vsque ad mundi finem, noster inimicus. Veniat (inquam) sæpius ad istud templum, idest ad Eccl. sanctam, vt nostri misereatur. Insuper, rogare Deum debemus, vt salutis medicum nobis mittat de cælis, ideſt Raphaelem, vt omnes peccato infirmos ſanet, noſtroſq; Angelus ipſe, dirigat actus, ideſt firmet, ſiue rectificet, actuales operationes noſtras. Poſt verò Angelos prænominatos, nonne Virginis Mariæ implorandum erit auxilium, cum, & ipſa, ſit aduocata noſtra? Virgo ergo Maria, nobis adſis quæſo, nobiſcumq; permaneas, totuſq; Angelorum Chorus, ſemper adſiſtat, vt inimicus, nobis minimè noceat. Vt autem magis voti noſtri, fieri compotes valeamus, Sanctiſſimam implorabimus ſic, trinitatem. Præſtet hoc nobis, Deitas beata, ſcilicet Patris: Nati, ideſt filij pariterque Spiritus ſancti, cuius Deitas reboat in omni mundo, & in omni gloria, ideſt in omni homine, qui microcoſmus, ideſt Mundus minor dicitur. Hactenus audiuiſtis, modum inuocandi diuinam bonitatem, vt vos Angelico præſidio muniat, Gabrielis ſcilicet, qui Dei interpretatur adiutorium: Raphaelis, qui medicina. Michaelis .i. Principis pacis; Nam templum iſtud viſitantes ſæpè i deſt Eccl. vel templum, ideſt nos, ſiue animam noſtram, tunc hoſtis à nobis, ideſt Diabolus procul erit. Amen.

Quid ſonet Raphael.

Qd Virgo Maria inuocanda.

Raphael quid ſonet.

*****

*



Chriſte

Christe Sanctorum Decus.
De Angeli quidditate.



T magis nota, ac dilucida fiant hymni prædeclarati verba, hodie de Angeli quidditate agemus; Nostis itaque, vt rē aggrediamur, quòd Angelus grçcè, latinè valet idem quod nuntius. Verùm hic sciatis velim, quòd Angelus dicitur esse triplex, vt scribit Brulefer lib. 11. dist. 12. V. g. offitio, & dicitur quilibet nuncius, missus à Deo ad homines, propter implenda aliqua ministeria, & hoc modo, non solum Angelus dicitur de spiritibus Angelicis, verum etiam de hominibus. Vnde Malach. 3. Ecce ego mitto Angelum meum, idest Io. Baptistam. Post verò iudicium, Angeli non erunt officio, quia ad homines non mittentur; Sic Christus vocatur magni consilij Angelus. Vnde in Canone dicitur. Iube hæc perferri per manus Sancti Angeli tui; Datur quoque Angelus dignitate, vt Sacerdotes, Christi Corpus cōsecrantes; Demum, Angelus dici solet natura, sumendo tamē naturam pro substantia, & à Damasceno sic describitur, dum dicitur, quòd Angelus, est substantia incorporea, intelectualis, semper mobilis, arbitrio libera, Deo ministrans, gratia, non natura immortalitatem suscipiens. Qua in descriptione, substantia ponitur incorporea, loco generis, idest pro substantia, quæ in se, nec est corpus, neque corpori, vt forma vnibilis. Et per hoc, excluditur anima intelectiua, tam coniuncta, quam separata; Dicitur intellectualis, ad excludendam quamcunque naturam nō

Quid Angelus.

Tripl. Anhel.*

Malach. 3.

Angel dignitate.*

Angelus natura.

cognoscentem; Dicitur semper mobilis, quò ad localem motum; Dicitur arbitrio libera, quantùm ad motum affectionum; Dicitur Deo ministrans, vbi finalis caussa tangitur; Dicitur immortalitatem suscipiens, non natura, sed diuina gratia, quia Angelus, sicut quælibet creatura, de se vertibilitatem in nihil habet, nisi à Deo conseruaretur. Multò plura forent dicenda de Angelis, at breuitati studens, hic pedem figo, & vos dimitto ad Rayn. pag. 36. cap. 1. & ad Lexicon Theologicum. pag. 15. Hæc intantum.

Rayn. pag. 36.

Christe Redemptor omnium.



ACCEDIT sexagesimus nonus in ordine hymnus enodādus, de cuius materia primò loquendum; Insuper ad versuum declarationem accedēdum. Quantum attinet ad primum, hymni huius materia, hæc, inuocare scilicet, Angelorum omnes ordines, vt nobis adsistant, nobiscumq; permaneant, nec non, nociua omnia à nobis propellant. An verò res ita se, se habeat, audite quid Eccl. dicat. Christe redemptor omnium, &c. Quorum verborum, hic est sensus. O' Christe, qui nos tuo sanguine redemisti, quæso conserua tuos famulos, idest ex amore, non timore, seruos, beatæ semper Virginis, placatus sanctis precibus; hoc est, sis etiam super nos pacificus, semper, Matris tuæ potissimum, aduocatæ nostræ precibus. Hinc discite vos, mentem primò ad Christum dirigere vestram, deinde ad eius Matrē gloriosam Virg.

Res considerata hymni.

Christus inuocandus.

Seruitus Dupl. amoris, & timoris.

Mariam,

Mariam, vlterius ad Angelorum ordines, vt pro vobis apud Deũ intercedant, veluti Eccl. Sancta, monet dicẽs. Beata quoq; agmina cælestium spirituum, quod est dictu. O' Vos Angeli Dei, qui estis spiritus, sic creati, pellite, ac destruite omnia vitia, quæ in nobis sunt, in pręsenti tempore, illa quoque mala, quæ fuerunt in præterito, & quę futura in futuro. Post verò Angelorum inuocationem, Eccl. sancta, suam dirigit orationem ad Sanctos Apostolos, atque Prophetas dicens. Vates æterni Iudices, idest ò vos Prophetetæ, æterni iudicis, idest Christi, qui est viuorum, & mortuorum Iudex, Apostoliq; Domini, idest ò vos missi, siue Dei nuncij, à quo missi, suppliciter, idest corde humili, siue humiliter exposcimus, idest rogamus, saluari vestris precibus, idest orationibus, fieri salui vestris. Verùm ne via videatur sufficiens impediri nobis ab obtinendum quod intendimus, Eccl. Sancta, docet Sanctos inuocare Martyres his verbis. Martyres Dei incliti, idest ò vos testes Domini, eo quia fuistis testimonium ipsius, & inclyti, idest gloriosi, valdeq; nobiles: Confessoresq; lucidi, idest casti, ac fulgentes, cum Christum confessi fueritis, per prædicationem, & abstinentiam, populo christiano exempla bona prædicantes, mundumque concionibus, & miraculis, illuminantes, ideo lucidi appellati estis, propterea, nos ferte, vestris quæsumus orationibus, in cęlestibus Regnis. Sed quid de Virginum choro dicendum? nonne, etiam, & ipsæ inuocandę in auxilium? Certè sic, in hunc modum. Chori, idest ò Sanctarum Virginum congregatio; O' Societas omnium Monachorum, Dei electorum, simul cum Sanctis omnibus, consortes nos, & particeps hæreditatis æternæ, facite: Gentemq; ò vos Sancti omnes, auferte perfidam, hoc est, à malis hominibus, mentem remouete, credentium de

Virgo Maria inuocanda.

Angeli deinde.

Apostoli, & Propheta cũ alijs.

Martyres nõ secus.

finibus, ideſt fidelium congregationibus, vt Chriſto, laudes debitas, perſoluamus alacriter, cui, & Patri, & Spiritui Sancto, ſemper gloria in ſæculorum ſæcula. Eia ergo Chriſticolæ, ex prædeclaratis diſcite, veſtras dirigere orationes ad Deum principaliter, deinceps, ad omnes ſanctorum ordines, ſi vultis exaudiri, & poſt ludibria huius mundi ad Cælorum Regnum peruenire. Amen.

Chriſte Redēptor omnium. De Sanctorum interceſsione.



MATERIA valde nobilis, mihi ſe ſe nunc declaranda, offert, quæ eſt de Sāctorū interceſsione, ad quam veritatem cognoſcendam, hoc ordine tali procedam; Primò quid ſit orare detegam; Secundò ſictè orare, quid ſit, aperiam; Tertio quotuplex ſit; Quartò ad propoſitum principale, deſcendam; Quantum ad primum, orare, nil aliud eſt, quam mentem in Deum eleuare. Vnde Damaſcenus agendo de oratione, dicebat, quòd oratio, eſt aſcenſus intellectus ad Deum. D. Aug. in ſermone de oratione, & ieiunio, ait, quòd oratio, eſt pius affectus mētis in Deum directus. D. Bonauen. lib. 4. ſic ait. Orationem tribus ſumi poſſe modis; Vno modo propriè; Alio modo Communiter; Tertiò communiſsimè. Primo modo, vocatur aſcenſus ad Deū ad aliquid deguſtandum, vel impetrandum, vel exoluendum. Communiter, oratio dicitur, ſecundum quod comprehendit omnem actum contemplatiuæ ad Deum relatum; Communiſsimè, ſecundum quod comprehendit omnem actum

Quid orare.

D. Aug.

Tripliciter capitur oratio.

actum bonum. Vnde iuxta hunc modum dici solet, quòd ille non cessat orare, qui non cessat, benefacere. Quid verò sit fictè orare, loco secundo, audite; Nam nil aliud est, quam nec velle, nec desiderare id pro quo, quis orat. His tertio loco, quot modis sumatur orare, siue oratio, dicatur secundum Bruleferum lib. 3. dist. xvij. q. 4. audite; o Vir namque iste, asserit, quòd trifariã dicatur; Vno modo logicè; Alio modo Rethorice; Tertiò theologicè. Si primo modo, tunc dicitur vox complexa, ad placitum significatiua, de qua logicus. Altera Rethorica, quæ nil aliud est, quam quælibet propositio suasiua, vel dissuasiua, qua quid suadetur, vel dissuadetur, Principi ab ipso Rethore. Tertia oratio Theologica, est quidam mentis sapor in Deum terminatus. Hæc autem, vel est publica, alicui ex offitio conueniens, vel priuata, alicui conueniens ex vitæ merito; Si primo modo, tunc dicenda efficatior, oratione cuiuscunque laici, eo quia fiat in persona totius Ecclesiæ: Laicus verò sit persona particularis. Si secundo modo, boni oratio laici, efficatior esse solet, vt est videre apud Gab. Lect. lxij. Canonis. His in hunc modum positis, superest modo speculari; num Sanctorum intercessio, sit necessaria. Mihi ergo videtur, quòd sic, alioquin nos minimè ad hoc faciendum Eccl. adhortaretur; Insuper, nonne Iob ita dixit; Vide, si est qui tibi correspondeat, & conuertere ad aliquem Sanctorum, necessaria ergo Sanctorum intercessio, vt latius in hymno superiori, est dictum. Præterea, Disci puli Domini, nonne pro Cananea rogauerunt? Sanctorum itaque intercessio, necessaria. Qui plura desiderat, Lexicon Theologicum videat pag. 223. Hæc intantum.

Quid sit fictè orare:

Oratio triforiam capitur.

Oratio logica.

Rethorica.

Theologica.

Gabr.

Theolog. Lexicon:

Iesu

Iesu Saluator sæculi.



RAESENTEM hymnum ingenti affectu, vobis explicaturus, materiam primò, de more meo, ob oculos vestros ponam; Deinde ad singula Carmina explananda', properabo. Quò ad primum, audite hymni huius materiam, quę est inuocatio Saluatoris nostri, & Beatæ Mariæ Virginis, Angelorum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Sanctorum Monachorum, atque Virginum in adiutorium nostrum, in hunc modum. Iesu, &c. Inuocatio nostra ad Iesum primò debet esse, & ideo dicitur, Iesu saluator sæculi, &c. Quorum verborum sensus. ò Iesu saluator, ac mundi Redemptor, ope subueni quæso redemptis .i. sucurre tuo adiutorio, piaque Dei genetrix, tu quoque, salutem posce miseris, quod est dictu. Tu ò Virgo beata, Deique Mater vera, & pia, filio posce tuo, ac pietate, salutem pro miseris scilicet peccatoribus. Cætus omnes Angelici, hoc est, ò vos omnes Angeli, qui cætus dicimini .i. congregationem, siue Societatem significatis; ò Cunei .i. vnitas Patriarcharum; ò Merita Prophetarum, nobis prçcentur veniam, hoc est omnes, qui sunt congregati ante conspectum filij Dei, veniam petant, ac indulgentiam pro nobis, qui sumus in hoc mundo malignitate pleno. Baptista quoque Christi præuius .i. Io. Baptista, tu qui fuisti præuius .i. ante Christum natus, quem Iudæis prædicasti, & digito tuo demonstrasti, nec non Sanctis Patribus in Limbo, ipsum denunciasti, nobis tuo merito succurre. Tu non secus clauiger .i. ò Petrę, vitę æternæ hostiarius,

Materia hymni.

Quid per cętum.

eo quia claues Regni Cælorũ aperiendi,& claudendi habes,siue potestatem cum cæteris Apostolis,nos soluant nexu criminis, hoc est à peccatorum nostrorum ligamine. Insuper Chorus Sacratus Martyrum, Confessio Sacerdotum, & Virginalis Castitas, nos à peccatis abluant .i. orationes Sanctorum Martyrum, Confessorum, Sanctarum Virginum, Monachorumque omnium, omnesque. Ciues Cælici.i.Cælestes ciues, nos abluant, siue lauent à peccatis,annuantque idest consentiant vobis supplicũ.i. illorum desiderijs, qui vitæ æternæ, anhelant præmium. Audiuistis itaque ad quos recurendum pro adiutorio, & quemadmodum ad Christum Primò; Deinde ad omnes Sanctorum gradus, vt orent pro nobis,quorum Christus, est caput, & vocatur Iesus, quod nomen nimis dulce, delectabile, confortans, & saluans.Sis ergo mihi ò Iesu salus,tu enim sanguine tuo, & gratia tua; humanam reparasti naturam; Tu illud Verbum æternum Dei Patris, per quod omnia,sunt facta,& ideo non sine caussa, mea inuocatio ad te primò, deinceps ad cælicolas Angelos, & Patriarcharum choros. ò Vos igitur omnes Sancti Dei; ò Vos Sanctæ Virgines, vestra munditia, & castitate lucidissima,nec non pudicitia, abluite nos, & castos ad thronum Dei,vestris precibus adducite, vt tandem licitum sit nobis dicere. Laus,honor,virtus gloria, Deo Patri, & filio, Sancto simul paraclito,in sæculorum sæcula. Amen.

Idest soluite.



Iesu

Iesu Saluator sæculi. An Christi passione, deletum sit peccatum.



VT Magis dilucida fiant illa, quę diximus in superiori parte, vbi Iesus sæculi Saluator dicebatur, propterea consequenter hodie speculandum, num sua passione, deleuerit Peccatum; Quidam ad negatiuam declinantes partem, ita raciocinari videntur. *Finitū* non valet delere infinitum, sed Christi passio, ac eius meritum finitum, est dictum, non igitur Iesus Saluator sæculi, cum infinitum, idest peccatum non sit deletum; Pręterea, si fuisset deletum, hoc vel quò ad efficatiā, vel quò ad sufficientiā: nō primum, quia multi sunt damnati, non secundum, quia passio fuit actus trāsiens, non ergo Iesus saluator sęculi. In oppo-
Col. 8. situm se habet Apost. Col. 8. Donans nobis delicta, & delēs; Christi itaq; passione, delictū debet dici deletū. Quo stāte, hęc conclusio ponenda. Iesus Saluator sæculi, est quia morte sua chirographum delicti, iam
Not. deletum. Hic notandū, quòd tale collatum ad Deū, decreti dicitur chirographum, eo quia ex diuina iustitia, siue sententia, facta sit obligatio ex Dei decreto. Si verò conferatur, vel comparetur ad peccatum, tunc dici debet, delicti chirographum, siue culpæ, quia talis obligatio, facta est propter hanc culpam. Tandem punitioni collatum; chirographum pænarum nuncupandum, quia ex eo obligamur ad pænam. Nūc diluendæ sunt rationes, deinde erit finis.

Quo

Quò ad primam, dicitur paucis, quòd per Christi passionem chirographum fuit deletum quantum ad sufficientiam, idest sufficienter, & hoc ex parte Dei acceptantis, qui potuit pro infinitis hanc acceptare passionem. Quantum autem ad efficatiam certũ est, tantum fuisse deletum peccatum, quò ad illos, pro quibus passio illa, fuit oblata .i. pro acceptanti his, idest pro electis. Quando verò in ratione altera dicebatur, quòd Christi passio finita, & meritum, peccatum autem infinitum, non ergo morte Christi deletum peccatũ, ad hoc Respondetur breuibus, quòd licet Christi passio finita foret subiectiuè, non tamẽ obiectiuè, quia respectu obiecti fuit infinita. Vel sic, quòd quamuis foret, & fuerit finita, in actu exteriori, non ob id in actu interiori, & respectu Dei acceptantis; Rursus, dum dicebatur, passio Christi fuit actus transiens non ergo, &c. Respondetur, hoc verum esse, quò ad actum exteriorem, non interiorem. Iesu ergo saluator sęculi; & hæc pro pręsenti.

Exultet Cœlum laudibus.



IMATVRI hymnum pręsentem, de more nostro, rem consideratam præmitemus; Deinceps, accedemus ad versus declarandos. Quò ad primum, hymni Res considerata, est inuocatio Apostolorum, vt ipsi dignari velint apud Deum pro nobis intercedere, ad hoc vt suis precibus, propellantur à nobis vitia, reddãtque in Die iuditij nos ante Deum tutos. Quare Eccl. Sancta, nos incitare volens ad solennitatem celebrandam in Apostolorũ honorem, ita fatur. Exultet Cælum laudibus, &c. quod est dictu. Creatura *Materia hymni.*

Cæleſtis, laudibus,ſiue canticis gaudeat, terra quoque gaudijs reſultet,ideſt humana creatura,ſiue natura, quæ terram habitat, gaudijs gaudeat, vtrique enim creaturæ exultare conuenit, diuiniſque laudibus iubilare: Apoſtolorum gloriam,ſacra canunt ſolennia, quod eſt dictu. Sacra quoque ſolennia Apoſtolorum canunt gloriam.Vos ſęcli iuſti Iudices,&c. Quaſi dicat Eccl. ò vos igitur Apoſtoli, qui eſtis iuſti iudices ſæcli, ideſt mundi, & vera mundi lumina, cum veſtra totus mundus ſit prædicatione illuminatus, votis ob id precamur cordiũ, hoc eſt, rogamus vos, votis ac cordium deſiderijs, audite preces ſupplicum, ideſt humilium. Vos (inquam) qui cęlum verbo clauditis,hoc eſt,vos qui peccatoribus, ſua confiteri peccata, volentibus,non manu, ſed benè ſermone,ac poteſtate clauditis,ſeraſque eius ſoluitis, ideſt ſolo verbo clauſuras, bonis nos propterea à peccatis omnibus,ſoluite iuſſu,quęſumus,ideſt vos veſtro prçcepto ab omnibus peccatis noſtris,abſoluite; Nam vobis dictum fuit à Domino, quæcũque ligaueritis ſuper terram,erũt ligata in Cęlo,&c. Rurſus alibi, accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata,remittunrur eis,&c. Quorũ prçcepto ſubditur, ſalus, & languor omnium, ſanate ægros moribus, nos redentes virtutibus, quod eſt dictu. ò vos Apoſtoli Domini, quorum præcepto ſubditur ſalus, & languor omnium, ideſt ſanitas, & infirmitas omnium hominum, ſanate nos ægros, & peccatores, prauis cogitationibus, voluntateq; mala peccandi, ſiue ad peccandum, prona, reſtituentes nos virtutibus, fidei nempe, ſpei charitati, iuſtitiæ, fortitudini, temperantiæ, prudentiæ, pietati, Religioni, gratiæ, obſeruantiæ, veritati, magnificentię, patientiæ, perſeuerantię, continentiæ, clementiæ, modeſtiæ, intellectui, rationi, & memoriæ,boniſq;

tan-

tandem virtuosis, operationibus, vt cum Iudex aduenerit, scilicet Christus, mundum iudicare in fine sæculi, faciat nos compotes gaudij sempiterni; Nãque illa gaudia Domini nunquam deficiunt. At hic notetis velim, Eccl. Chatolicam Primò vocare Apostolos mundi iudices, & quia iudicum proprium, est bene partes audire, ideo petimus ab eis, vt supplices, velint audire nostras preces; Deinde, vocat eos cęli clauigeros, eo quia cæli ianuam dignis aperiāt, & indignis claudant, & ideo precamur eos, vt absoluant nos ab omnibus peccatis, vt digni efficiamur ingredi ianuam Cæli. Tertiò, eos morum, & animarum vocat medicos, quibus subditur omnis infirmitas, & salus, ideo postulamus, vt nos sanos moribus reddant, pręstantes nos sacris virtutibus. Deo ergo Patri sit gloria, eiusq; soli filio, cum Spiritu paraclito, & nunc, & in perpetuum. Amen. *Not. de Eccl.*

Exultet Cælum laudibus.
De priuilegijs Apostolorum.

IN gratiam prædeclarati hymni, vt Dei valeamus esse amici, eius pręcepta seruantes, hodierna die, de quibusdam Apostolorum priuilegijs, sermonem faciemus; Nam vt Deo, qui grati fuere, multa Priui-
1 legia habuere; Quorum Primum, est quòd amici Dei facti, ideo in numerum Apostolorū sunt ele-
2 cti; Alterum Priuilegium, quòd Deus ex omni- *Io. 15.*
bus mundi hominibus ad numerum duodecim tan-
3 tum elegit; Tertium Priuilegium, quòd fidem dilatauerunt, multosq; sua prædicatione, & bono exē-

4 plo ad Christi fidem induxere; Quartum Priuilegium, est quòd viuos, & mortuos iudicabunt in fine sçculi, vt habetis Matt. 19. Amẽ dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis, & vos super sedes, duodecim iudicantes tribus Israel;

Matt. 19.

5 Quintum Priuilegium, est quòd miracula multa
6 fecerunt, & Idola diruperunt; Sextum Priuilegiũ,
7 est quòd mundum vicerunt; Septimum, & vltimum Priuilegium, est quòd illorum festum solenniter celebratur sub præcepto Eccl. Sanctę. Quare iure meritò vna cum Eccl. hylari vultu, poterimus decantare. Exultet Cęlum laudibus, resultet terra gaudijs, Apostolorum gloriam, sacra canunt solennia. Hæc intantum.

Aeterna Christi munera.



N præcedenti hymno, dignitatem, sublimitatem, excellentiam, & pręconia Apostolorum depromere, ac decantare cæpimus, eos sæculi iudices explicantes, & vera mundi lumina, Ianitores Cęli, infirmitatum, ac sanitatum omnium Dominos, nec non præsidentes. Verùm quia multo plura remansere præconia celebranda, ac decantanda, tituliq́ue multi, & præminentiæ, idcirco nunc subdit Eccl. Sancta dicens. Æterna Christi munera, Apostolorum gloriã, laudes canẽtes debitas, lętis canamus mentibus, &c. In quibus verbis Sanctorum Apostolorũ, tituli gloriosi, nec non laudes, siue præconia, depromuntur. Nos ergo laudes canentes debitas Christo in Apostolorum honorem, lætis, & iucundis mentibus canamus

Hymni materia.

namus Apostolorum gloriam, æterna munera. Qui Apostoli Ecclesiarum, sunt Principes, idest, omniũ Ecclesiarum; Belli triumphales Duces, siue victoriosi, & aulæ Cælestis milites, idest talami cælestis, veraque mundi lumina, fuerunt. Vnde deuota Sanctorum fides, inuicta spes credentium, hoc est, Sanctorũ humilis, fides triumphat .i. superat, mundi, siue Diaboli Principem, idest Diabolum; Spes quoque inuicta, hoc est non superata credentium, idest fidelium Christianorum, idem facere dicitur Christiq; charitas, siue amor, mundi triumphat Principem; In his paterna gloria, in his voluntas spiritus, exultat in his filius, cælum repletur gaudio. Quod est dictu. Gloria Patris in his, videlicet Apostolis exultat; Spiritus quoque Sancti voluntas in his Apostolis exultat; Filius quoque in his Apostolis, & ita Cælum repletur gaudijs, puta sempiternis. O' fortunati Apostoli, quos Deus Christianorum plebium Principes, ac superintendentes, fecit; Duces similiter triumphales, & cælestis Palatij milites, nec non in illis Paternam gloriam habitare. Aeterna ergo Christi munera, beneficia, & dona, suis Apostolis collata à Deo æterno, emanantia. Valde certè glorificati sunt amici tui Deus; Valde prævaluerũt eorum Principatus; Nam contra terræ Reges, & Principes mundi, qui cõuenerant in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius prævaluerunt. ò igitur Sanctorum deuota fides, inuicta spes credentiũ, Christi perfecta charitas, mundi triumphat Principem, idest Diabolum. Nobilissimi Auditores, certè, si fidem Sanctorum istorum Apostolorum diligentissimè voluerimus considerare, nunquam satis hanc poterimus laudibus extollere; Nam ad solum Christi nutum, relictis retibus sequuti sunt Dominum, inde facti sunt Piscatores hominum, & peccatores

Tituli Apostolorum.

totes absoluentes, cæcos illuminantes, cathecumenos baptizantes, infirmos sanantes, fideles iustificātes, pænitentes, reparantes, denique, dignos æterna hereditate, declarantes. Te igitur nunc ò mundi Redemptor, quęsumus, vt ipsorum consortio, iungas precantes seruulos in sempiterna sęcula. Amen.

Tristes erant Apostoli, &c.



EMORIÆ vestræ, si tradidistis, superius dicebamus, Christum Regem quidem fortissimum, mortis confractis viribus, solutisuè gemitibus, atque doloribus, victorem de Sepulchro, vt Angelus dixit mulieribus, surrexisse. Cur autem Angelus ad mulieres clamauerit, vt scilicet, Discipulis, & Petro annunciarent Christi Resurr. nempè, hęc videtur fuisse ratio; Nam tristes erant Apostoli, de nece sui Domini, quem pæna mortis crudeli, serui damnarunt impij. Hic vt intuenti patet, Apostolorum de nece sui Domini mæstitia, ac tristitia, Resurrectionisque Christi ad Sanctas mulieres, Angelico ministerio annunciatio, Apostolisque facta, apparitio, graphicè admodum describitur. Vnde autem Apostoli dicti, audite; Nam ab apò, quod est de, & stolon, quod est missio, eo quia missi fuerint à Deo, nec non arcana Dei edocti. In principio namque non sciebant nisi linguam mundanam, & ideo quando cælestia illis Dominus loquebatur, intelligere non valentes, nec capere, dicebant propterea, durus est hic sermo. At ex quo edocti, totum euenit oppositum, quia tunc appellati sunt sagittæ, & hoc ratione velocitatis, eo quia velociter à Christo per mundum, sint missi, quibuscum,

Materia hymni est tristitia.

Apostoli vnde dicti.

Cur Apostoli sagittæ.

buscum, Christus hominum corda, sagittauit peccatũ occidendo in eis, fidemque suscitando. Cęterum, qui fuerint serui impij, qui Dominum damnarunt pæna crudeli, Euangelistæ omnes referunt; Nam Iudæi fuerunt. Verùm quia Apostoli, tristes erant de nece sui Domini, ideo, sermone blando Angelus, prædixit mulieribus, in Galileam Dominus, videndus est quamtocyus. Hic vobis adnotandum, quod sententia primi, & secundi versus, hic positi, illis conuenire Angeli verbis videtur, & Mar. dic. Nolite expauescere, Iesus surrexit, & quem quæritis, non est hic, sed Ecce locus vbi posuerunt eum, & ideo subditur: Sermone blando Angelus, &c. Sententia quoque aliorum duorum versuum, congrua similiter, dictis ita loquentium videtur, quia præcedet vos in Galileam, ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. At dicetis, quænam fuerunt illæ mulieres, quibus prædixit Angelus, quòd quamtocyus, Christus in Galileam erat videndus? Respondetur, quòd illæ, de quibus in Euangelio, vt puta Maria Magdalena, Maria Iacobi, & Salome. Sed adhuc dubitabitis ex tactis, dicentes, quid Galilea sonat, de qua mentio facta? Respondetur, quòd nil aliud secundum Sacræ Bibliæ interpretes, quam transfigurationem, siue transmigrationem factam, siue reuelatam. Benè ergo à Sanctis mulieribus, dicebatur, videndus est subitò Dominus; Nam de morte ad vitam, de pæna ad gloriam, transmigrauerat, illæ dum pergunt concitæ, Apostolis hoc dicere, videntes eum viuere, osculantur pedes Domini. Mulieres istæ Sanctę, iam prenominatæ à monumento regredientes, sollicitæ dum ibant, nunciare Discipulis, quæ ibi compererant, viderunt Iesum, eiusque pedes. i. locum, vbi Iudæi impij perfoderant eũ, & sic osculatæ sunt, vt puta Christi humanitatem, quam per pedes, nos intelligere debemus.

Notan.

Dub.

Sol.

Dub.

Sol.

Quid per pedes Domini.

debemus. Quo agnito Discipuli, in Galileam properè, pergunt videre faciem, desideratam Domini: Sanè quo agnito, & audito, quia Dominus Resurrexit, festinanter Discipuli in Galileam pergunt.i. ad illam Domini transmigrationem de morte ad vitam, ibique Christum videntes adorant, & in specie suæ diuinitatis contemplantes, desideratam Domini, vident faciem, quam etiam tantopere his verbis desiderauit Moyses dicens. Ostende mihi faciem tuam, vt Sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos. Hanc quoque David exquirendo dicebat. Faciem tuam requiram Domine, ne auertas faciē tuam à me. Beati itaque Discipuli Domini, qui digni, sunt facti, talem videre faciem Domini. Amen.

Tristes erant Apostoli. De tristitia.



RO vberiori doctrina hymni prædeclarati, ne videar posse fugilari, agam de tristitia in præsenti; Quæ sic videtur posse finiri. Tristitia, nil aliud est, quam apprehensio disconuenientis in appetitu intellectiuo, vel volitiuo, nobis nolentibus, euenientis. Vnde autem causetur tristitia, audite; Nam à caussis duabus dicitur causari partialibus, simul concurrentibus, videlicet, ex actuali apprehensione alicuius existentis, & actuali nolitione, eiusdem; His enim concurrentibus, sequitur naturaliter in voluntate, tristitia, nisi aliunde impedimentum sit, vti videre est apud Gabrielem lib.4.dist.xiiij.q.1.Art.3. Tristitiæ autem species, hæ Achos ex apprehensione proprij infor-

Quid tristitia.

Vnde causetur.

Gabr.

Tristitiæ species, quæ.

infortunij, ab à quod est fine, & Chos, quod est vox. Accidia verò ex apprehẽsione proprij laboris, & aggrauatio dicitur per angariam; Nemexis, ex apprehensione alieni boni, quo indignus, est possidens; Inuidia verò ex apprehensione boni dignè habiti; Zelus, tristitia, de malo culpæ alterius, tam illius, quem amat, & quem odit; Misericordia verò de malo pęnæ alterius. Hinc tristis propriè loquendo mæstus quis dicitur, vt in proposito. Tristes erant Apostoli, &c. Hæc Domini, vt vos minimè latet, bona multa impedit spiritualia, non solum autem hæc, sed etiam corporalia, & multa mala producit. Respicit namque malum imminens, & est velut onus, quod ferre homo non potest, dum scilicet tristitia intantùm aggrauat hominem, ita vt bonum operari, non sinat. Ab hac, ira odium, obscena verba, procedunt, & ideo fugienda, per cognitionem, siue intelligentiam Sacrarum Scripturarum. At ex declaratis, ingenio vigentes, dubitabitis, dicentes, quotuplex tristia datur? Responderi habet paucis sic, quòd duplex; Vna secundum Deum; Altera, secundum sęculum. Vnde Apostolus Cor. 7. ait. Gaudeo, non quia contristaui vos, sed quia contristaui ad pænitentiam, & ita patet, quo modo tristitia secundum Deum, pænitentiam operatur. Tristitia verò secundum sæculum, se habet in oppositum. Multo plura, qui videre desiderat, legat lexicon Theologicum pagin. 332. Hæc interim satis.

Gerson parte 4. de passionibus animæ.

Si vis plura lexicon Theolog. vide pag. 331

Quis tristis.

Quæ mala producat tristitia.

Via fugiendi tristitiam.

Dub.

Sol.

Cor. 7.

Claro Paschali gaudio.



IAM estis edocti, Sanctas Mulieres, Apostolis annunciasse, Christum viuere, qui vt ipsum viderent, statim in Galileam, se recepere. Nunc ex consequenti agendum venit de gaudio Paschali, ex quo de facili perspicietis, solis splendorem quo mundus in Die Resurr. Domini, est illuminatus. Claro igitur Paschali gaudio canit Eccl. sol mundo nitet radio, cum Christum iam Apostoli, visu cernunt corporeo, &c. Vbi patet expresse, solem radio limpido Paschali gaudio fulgere mundo; Insuper, post Christi vulnera in corpore visa, voce publica Apostolos, confessos fuisse, Christum Resurrexisse. Vnde ostensa sibi vulnera, in Christi carne fulgida, Resurrexisse Dominum, voce fatentur publica. Arbitror vos scire, Christum Discipulis apparuisse suis, dum Thomas abesset, manusque, nec non latus ostendisse, licet Thomas, illis narrantibus non crederet. Hinc post Dies octo, iterũ illis apparuisse clarum, quibuscum erat Thomas, cui dixit Dominus, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus. Ostensa ergo sibi vulnera, Apostoli tunc voce clara, id est manifesta, prædicabant Resurrexisse Dominum, Hinc Actuum 4. scriptum est. Virtute magna reddebant Apostoli, testimonium Resurrect. Domini nostri Iesu Christi, & ita apparet, quòd hæc vulnerum ostensio, & Christi apparitio, vna est ex decem vicibus, quibus apparuit Christus; Nã Magdalenæ primò; Deinde eidem Mariæ, & alteri eiusdem nominis fæminæ regredientibus à monumen-

Materia hymni.

Vulnera, id est ob vulnera. Act. 4.

Quot vicibus ipse apparuerit Christ.

to, Discipulis nunciare, quæ ibi compererant. Tertiò, Simoni Petro; Quartò, Cleophæ, & eius socio; Quintò, eisdem, ianuis clausis; Sextò, post Dies octo, quando thomas, erat cum eis; Septimò, ad mare piscantibus Tiberiadis; Octauò, in monte galileę; Nonò, recumbentibus illis vndecim, die quo, in cælum ascendit; Vltimò, viderunt eum ipsa die, non iam in terra positum, sed eleuatum in aere, cælosq; petentem, Angelis sibi dicentibus, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Quapropter ò Christe Rex Clementissimè; tu corda nostra possides, vt tibi laudes debitas, reddamus omni tem pore. Amen. tu (inquam) Rex Regum, & Dominus dominantium, & clemens, qui erga nos fuisti semper, qui pro nobis nasci voluisti, circuncidi, à Iudæis reprobari, à Iuda proditore, osculo tradi, vinculis alligari, mortem pati, & Resurgere, nos quæsumus rege, & guberna, ac defende, vsque in finem nostrum, vt tibi debita, valeamus reddere præconia. Amen.

Claro Paschali gaudio.

De gaudio.



ACTVRVS de gaudio, quod concepere Apostoli in Resurr. Christi, ne sit aliqua apud intellectum meũ confusio, quid sit gaudium, dicam primò; Insuper, quotuplex sit enodabo. Quantum spectat ad primũ; Gaudium, est passio concupiscibilis, proueniens ex perfectionis appetitæ, coniunctione, secundum interiorem sensus, apprehensionem, vel intellectus. Vel sic. Gaudium, est animi alicuius, præsentis boni, opi-

Qd gaudium.

Hęc est D. T. opinio 3. sẽt. Dist. 19. q. 3.

Discrimē inter gaudium, & iubilum. nione concepta, affectus, & à Iubilo differt; Nam Iubilum secundum D. Greg. lib. 24. Moralium dicitur, quando mente, gaudium ineffabile concipitur, quod nec possit abscondi, nec sermonibus aperiri, licet vocibus quibusdam prodi. Quo autem modo gaudium à delectatione dicatur, differre, audite; *Gaudiū, & delectatio quo modo se habeant.* Nam gaudere propriè, est voluntatis; at delectari, potentiæ, vel sensitiuæ, vel cognitiuæ. Quotuplex verò gaudiū detur, arbitror vos scire; Nā duplex est, *Gaudiū duplex.* vię scilicet, & Patriæ; Gaudiū viæ, tristitiam admittit, at illud Patrię nullā calamitatem. Gaudium insuper, Patrię duplex est, essētiale, & accidentale. Voco illud *Duplex gaudium Patriæ.* essētiale, quod habetur de obiecto beatifico, quod est Deus, & nil aliud est, nisi videre Deum. Accidentale autē secūdum gabr. illud est, quod de creatura habetur, vti primū erat de creatore. Potest quoque dici *Accidentale gaudium.* accidētale, quando de se, siue de alio cōcipitur, & ab alijs, consueuit vocari præmium accidentale. Quod in beatis, duplex est, vt Dominus Ricardus scribit. Quoddam est receptum specialiter à Deo misericorditer retribuente; Quoddam verò actum ab ipso beato, recogitando sua opera bona. *Accidentale dup.* Primum, magis rationē prēmij habet, quam secundum. At hæc obiter sint dicta, quoniam intentio nostra, est de gaudio viæ, *Ex accidēti, quæ de gaudio Patriæ dicta.* quod Apostoli Domini post Christi Resurr. habuere. Hæc satis.

Deus tuorum militum.



VANTA passi fuerint sancti martyres Dei, pro fide Christi, eiusq; veritate, & iustitia, hinc inde, ex diuinis oraculis colligi potest; Nā quidam igne læsi, alij ferro cæsi, alij sæuis verberibus, maximè af-

fecti, at victores tandem effecti, nunc coronati, in cælo cum Christo possident palmam martirij, & ideo, nos ipsos rogare debemus, vt precibus suis, coràm Deo, remissionem peccatorum nostrorum, obtineât. Dicamus ergo sic. Deus tuorum, &c. Materia, siue hymni huius res considerata, nil aliud est, nisi Deus, qui est corona, & præmium Sanctorum, ideo hic dicitur. Deus tuorum militum. Martyres, Dei milites appellantur, idcirco, ipse sors Sanctorum, idest hereditas beata, vitæq; Cælestis, præmium, & corona; Cantemus ergo laudes debitas istius Martyris; Christi militis, vt soluat nexum, scilicet, siue ligamen criminis, hoc est peccati. Hic (inquam) idest Martyr iste, nempè, idest certè deputans gaudia mũdi, & noxia blandimenta, siue delectationes, deinde cogitans omnia, quæ in mundo isto sunt caduca, & non permanẽtia, peruenit ad cælestia regna; Cucurrit quoque Martyr iste, ac sustulit, sibique sustinere martyrium viriliter, siue fortiter, non debiliter, proposuit, & ideo pro te ò Christe effundens sanguinẽ, æterna dona possidet. Vnde propter, hoc precatu supplici, te poscimus ò Christe pijssimè, humili corde dimitte noxam, hoc est culpam tuis seruulis. In hoc autem Martyris triumpho, idest amore victoriæ obtentę istius tui Martyris. Laus interim, & perennis sit gloria, idest perpetua, Deo Patri, & filio, Sãcto simul paraclito, in sempiterna secula. O fortunati itaque illi, qui exemplo huius martyris, mundi pompa contempta, Christum eligunt; Nã digni fiũt post temporalia, & caduca omnia, vita æterna; Nec mirum, quia Mundus iste blanditur, & vt fallax arridet, vt decipiat, vultuq; amico applaudit, vt in interritum præcipitet. Hinc beatus Iacobus, dicere cõsueuit, quòd huius mundi amicitia, inimica, est Deo, & quicunque vult huius mundi esse amicus, Dei inimicus

Materia hymni.

micus

micus constituitur. Beatus non secus Ioan. in prima Epist. inquit. Si quis diligit mundum, non est charitas Dei in illo, quia mundus transit, & concupiscentia eius, sed non amare Deũ, ex quo liquido cognoscitur, gaudia huius mundi, esse aperta noxia, & eius gloria sicut flos fæni, qui citò transit. Eia ergo elaboremus vestigia istius sequi Martyris, qui Dei verus athleta, & pugil, & miles fortis, ac nobilis, rectè cognoscens (vt sempiterna bona experiretur) in nihilo dubitans, pænas cucurrit fortiter, ac sustulit viriliter pro Christo effundens sanguinem, æterna nunc dona possidet. O' bone igitur Iesu, qui tuos Martyres athletas fecisti, fac quoq; nos semper, qui fidem tuam, firmiter, & audacter profitemur, currere animo constanti ad instar huius sancti Martyris tui, ad omnes pænas sustinendas pro tui nominis amore, vt tandem cum isto Martyre, dona æterna valeamus possidere. Amen.

Deus tuorum. &c.
De Martyrum aureola.



RO intelligentia hymni superioris, operę pretium esse duxi, agere de Martyrum aureola ad aures tamen Paludensis lib. 4. concl. 4. dist. xlx. Vbi sciendum, tria ad hanc requiri; Nam Primò Pæna; Caussa Secundò; Voluntas tertiò; Conditio verò siue dispositio charitatis, aureolis omnibus, est communis, quia aureola præsupponit auream. Debetur autem solum propter pænam mortis; Nec obedientibus solum videtur deberi, quamuis mactetur per obedientiam

Ad aureolam tria concurrunt.

dientiam propria voluntas, etiam si duret obedientia vsq; ad mortem; Nec pauperibus, quamuis mundo moriantur; Nec per pænitentiam, quamuis carnem crucifigant, suam; Nec Virgo Beata, quamuis plus doluerit, quam Martyr iste; Nec beatus Dominicus, qui sitiebat Martyrium; Nec beatus Io. Euangelista, qui passionis calicem, voluntariè bibit; Nec Pueri in Camino ignis; At qui Sancti Spiritus consilio, ne corrumperentur, se submerserũt, sic, de quibus D. Aug. de Ciuit. Dei. Nec Samson, nec Machabæi, quoniam Martyrium mortem respicit ab alio illatam. Qui autem sibi mortis genus eligat, vt sanctus Petrus, qui petijt, pedibus versis crucifigi, ne simili pęna puniretur seruus, & Dominus, non perdit. At si propter seipsum, vt tolerabiliorem habeat, certè perdit. Insuper, Caussa requiritur, quia Martyr (vt aliàs dixi) est testis in Caussa fidei pro Eccl. Tertiò, requiritur voluntas, quia si dormiens, quis occidatur, aut fugiens, aut se defendens, inuitus, Martyr nõ est. At qui Cruce muniti, siue in Bello hostium Christi, pugnando pereunt, Martyres proculdubio fiunt, eo quia non se, sed Christum, & Dei Eccles. defendendo moriuntur, nec mortem fugiunt. His ita positis, quid modo sit aurea audiatis; Nam nil aliud est, nisi gaudium de Deo; Aureola verò, est de triumpho. Si plura vultis legite Lexic. Theologicum pag. 25.

D. Aug.

Quid aurea.

Quid aureola.

Theolog. Lexicon.

Hæc intantum.

**

Martyr

Martyr Dei.



OSTIS, Christum, pro nobis omnibus passum, & reliquisse exemplum, vt sequamini vestigia eius, more Sanctorum Martyrum, qui huius sæculi, spretis omnibus vanitatibus, Christum ipsum sunt consequuti, mortem sustinentes pro nomine ipsius. Vnde Eccles. Sancta, in vno omnes laudare intendens, ait. Martyr Dei, qui vnicum Patris sequendo filium, victis triumphans hostibus, victor fruens cælestibus, &c. Vbi oratio, vt auditis, dirigitur ad vnūquemuis Christi Martyrem, cuius costantia in passione, valde commendatur, eo quia fidei hostes superauit omnes. ò Martyr ergo Dei, ad differentiam Martyrum huius sæculi, & Diaboli, quemadmodum sunt hæretici, qui non Domino, sed ventri inseruiunt, teste D. Aug. in homelia octaua omnium Sanctorum, & D. Paulo ad Rom. 16. Insuper, per dulces sermones, corda innocentium, sunt seducentes, multaque perferentes, non pro Christo, sed pro vana gloria huius mundi, & ideo nulli mirum, si tales in inferno, sint ita in malo perseuerantes, destinati, & nullo modo, Dei Sanctorum martyrum consortio, coniuncti, nec ascripti, vti Martyr iste, qui Christum Dominū, est sequutus, per passione, & martyrium, vnde nunc, est fruens gaudijs cælestibus. Hic ex tactis, venit notandum, Christum dici vnicum Patris filiū, eo quia vnigenitus, sit Dei Patris, quem sanè, gloriosus iste Martyr, est per Martyrium sequutus, suum, & ita victis hostibus. i. cum multa tormenta, sit pro veritatis fidei confessione, passus, ac sustinuerit, nunc triumphat

Hymni materia:

D. Aug.

Rom. 16.

Not. de Christo.

phat in Cælis. Quoniã ergo ò Martyr Sancte, tot, ac tantis bonis frueris, ideo tu precatus munere, nostrum reatum dilue, arcens mali contagium, vitæ remouens tædium. Quod est dictu. Extingue reatum nostrum.i. peccatum dilue, arcens insuper mali contagium Diaboli, vitæque remouens tædium .i. famem, sitim, nuditatem, frigus, & similia; Vitæ namque tędium, est molestia, & animi anxietas, ex incommodis, & ærumnis, nec non calamitatibus vitæ huius consurgens. V. g. paupertate, nuditate, & huiusmodi afflictionibus. Quæ animo æquo, si non ferantur, noxiam sæpè inferunt, tristitiam, animæque tantam amaritudinem, vt interdum, vitæ præsentis, aliquem tędeat. Hinc fit, quòd huiusmodi tædium repelli à nobis petimus, ita dicentes. Tui precatus munere ò Martyr Sancte Dei, nostrum reatũ dilue, dele, & extingue, munere (inquam) idest dono, siue gratia, tibi collata à Deo per tuum Martyrium. Sis quoque arcens mali contagium.i. ipse Christus principaliter, sit constringens contagium.i. malum, vitæ remouens tædium, quod vt plurimum, patimur in hoc mundo. Soluta sunt iam vincula, tui Sacrati Corporis, nos solue vinclis sæculi, amore filij Dei. Hoc est, vt corporis tui Sacrati, ligamina iam soluta, nos quoque solue vinclis sęculi huius, & hoc amore Dei, vt per sublationem occasionis, & materiæ afflictionis, animique cruciatus, si eueniat, leuiter feramus, quod vtinam, Deus faciat in nobis. Verùm quia, de vita hic mentio facta, idcircò, ne ęquiuocatio, sit caussa erroris, velim sciatis, dari triplicem vitam; Vna, est naturæ, de qua in proposito, & est animę, & corporis coniunctio, quę perdurat, mediante cibo, & potu. Altera vita, est Disciplinæ, quæ dicitur modus, & ordo quidam, secundum quem, quis viuere debet. Tertia vocatur vita gratiæ, cum quis moritur vitijs,

Meritũ tribulationum.


Notan.

Vita triplex.

& viuit Deo per bona opera. Soluta ergo iam vincula, tui Sacrati Corporis ò Sancte Martyr Dei, nos quoque solue vinclis sæculi, amore filij Dei. Sancti huius Martyris vincula, membrorumque compages, iam per mortem temporalem illi inflictam, sunt soluta, anima quoque eius Sacra, Domicilio corporis, soluta, tanquam quodam carcere; & ergastulo; sed nunc liberiore vitæ Cælestis, perfruitur aura. Non sine igitur caussa, petimus istius Sancti Martyris, precibus adiuuari, vt soluamur à Laqueis, nexibusque huius mundi, & concupiscentiarum eius, ad fruendum Deo posterius.

Martyr Dei, &c.

De Martyrio.



IN gratiam prędeclarati hymni, sum hodie verba facturus de martyrio primo; Insuper, docebo quando dici quæat Martyrium perfectũ. Quò ad primum, Martyrium, est græca dictio, & significat testimonium, & est actus virtutis quadruplicis, vt aliàs diximus, videlicet, fortitudinis, vt elicientis principaliter; Patientiæ verò, vt elicientis communiter; Charitatis, vt imperantis, & fidei, vt finis. Quotuplex autem sit Martyrium audite; Nam triplex est: Corporis tantum, vt in innocentibus; Alterum, est affectionis tantum; vt patet, de patientibus aduersitates, Christi amore, aut proximo compatientibus, de quibus D. Greg. ait: Sine ferro, Martyres esse possumus, si patientiam in animo veraciter custodimus. Tertium est voluntarium. Quando autem Martyrium, dici debeat

Quid martyrium.

Martyriũ tripl.

Quando Marty-

debeat perfectum, auribus quæso percipite vestris; Nam tunc perfectum, quando nil deest, quod ad tale requiritur. Verùm dicetis, quot requiruntur? Respondetur, quòd tria, videlicet pœna mortis, vt in Beato Laurentio; & Stephano; Secundò patiendi voluntas, sed non coacta; Tertiò caussa requiritur, quæ testimonium iustitiæ dicitur, quæ per fidem. O' sancte ergo Martyr Dei, qui in actu sustinendi Martyrium, intentionem habuisti virtualem (vt ait Scotus) Dei fidem seruandi, & pro Christi nomine moriendi, ora pro nobis peccatoribus, vt tuis sanctis precibus, suam det nobis gratiam in præsenti Deus, & in futuro gloriam. Amen.

rium perfectum.
Dub.
Sol.
De Martyrio vide Lexicon Theolog. pag. 183. vbi notatu digna huic proposito inseruientia.

Sanctorum meritis.

DECANTATVRVS hodierna die laudes, & preconia Sãctis Martyribus debita, qui mundum, cum omnibus suis spreuere concupiscẽtijs, vna cum Eccl. Sancta; dicam sic. Sanctorum meritis, &c. Vbi cõstantia, nec non horum Sanctorum Dei fortitudo in terris laudatur, & in cælis coronatur, ideo dicitur. Sanctorum meritis inclyta gaudia pangamus socij, gestaq; fortia, idest facta, siue tormenta, quę ipsi sunt passi; Nam gliscit animus promere cantibus, victorũ genus optimum, &c. Quod est dictu. Animus, siue mens gliscit, hoc est cupit, ac desiderat promere .i. manifestare, siue laudare cantibus victorum genus optimum, eo quia Sancti Martyres, tyrannos vicerunt. Hi sunt, quos retinẽs mundus inhorruit, &c. Vbi odium describitur, quo mundus hos odio habuit. At ipsi sterili flore, ipsum spreuere penitus per-

Materia hymni
Odiũ hic tangitur.

aridum, ideſt mundum valdè ſiccum ſterili flore, hoc eſt fructu, teq; ſequuti ſunt ò Chriſte bone cælitus, ideſt ò Chriſte Rex bone, ipſi Martyres, te cælitus, ideſt diuinitus, ſunt ſequuti. His accedit, quòd etiã pro te furias, hi, atque ferocia, calcarunt hominum, ſæuaque verbera, hoc eſt Martyres iſti pro te, ideſt propter amorem tuum, hominum furias calcauerũt, & tyrannorum fortia verbera, ideo dicitur, calcauerunt, &c. Vnde ceſſit his lacerans fortiter vngula, nec carpſit penetralia, quod eſt dictu. Locum dedit his Martyribus, & quamuis fortiter lacerans vngula .i. tormentorum genus, ob id non carpſit penetralia .i. illud genus tormentorum, fortia Sancti Spiritus, quę fortia animam penetrant, non carpſit, ideſt minimè accepit. In cuius rei ſignum quid inferatur, audite; Nam cæduntur gladijs more bidentium, ideſt ipſi Martyres occiduntur, ſiue iugulantur more ouium, nec ob id murmur reſonat, nec quærimonia, ſiue lamentatio, ſed corde tacito, mens bene conſcia, conſeruat, & conſeruabat patientiam. Cùm itaque, tot, ac tanta ſint opprobria pro Chriſti nomine ipſi Sancti Martyres, paſſi, quæ vox propterea, quæuè lingua poterit retexere, ideſt verbis explicare, & manifeſtare, quę tu Martyribus præparas tuis? certè nulla ſufficiens erit lingua, tantam gloriam aperire, à Deo ſuis præparatam electis; Nam rubri fluido ſanguine laureis, ditantur bene fulgidis, hoc eſt ipſi Martyres, rubri ſunt facti ſanguine fluido, hoc eſt exeunte de illorum corpore, & ideo laureis, ſunt ditati coronis, in ſignum coronę obtentæ. Hic noteris, quod laurus victoriam ſignificat, & quia Martyres ipſi, de tyrannis victoriam habuerunt, idcirco cum palma ad Cælorum Regnum peruenerunt. Te ergo ſumma Deitas, vnaque poſcimus, ideſt precamur, vt culpas abluas, noxia ſubtrahas, ideſt peccata noſtra deleas,

Notã. de lauro.

defq;

desque pacem famulis, tibi ex corde inseruire desiderantibus, vt vna cum Sanctis tuis Martyribus, tecum sine fine, viuere valeamus. Amen.

Sanctorum meritis. De patientia.


LOQVVTVRVS de Patiētia in presenti, pro vberiori doctrina eorum, quæ tacta in superiori, quid Patientia sit Primò, dicam; Deinde, huius fructus, tangam; Viā tertiò, hanc acquirendi, detegā. Quantum spectat ad primum, varijs solet describi modis; Nam à quibusdam dicitur virtus contumeliarum, & oīs impetus aduersitatis, æquanimiter portans; Vel sic. Patientia, est suas, & suorum iniurias, cæteraq; mala æquanimiter ferre; Vel sic. Patientia, est virtus conseruans bonum rationis contra tristitias; Num verò necessaria, audite; Nam mihi videtur, quod sic, & primò ad cæteras virtutes acquirendas; Insuper, vt cæteræ virtutes infusę necessariæ, & ipsa quoque, quia infusa, est nobis virtus à Deo; Necessaria quoque ratione finis, vt puta ad vitam æternam consequendam; Nam hac mediante, æquanimiter tribulationes ferimus, & propterea his satisfacientes Deo grati erimus. Nullus enim beatus esse potest, nullus Cælorū Ciuis, nullus Dei amicus, qui inter aduersa, siue mala, patiens non fuerit inuentus. O' Igitur Sancta patientia, tu namque aduersa cuncta, nō colluctando vincis, sed sufferendo, more bidentiū, non autem murmurando, at Deo de omnibus gratias agendo. Quantæ sit Nobilissimi Auditores, vtilitatis

Quid patientia.

An necessaria.

Vtilis val de patientia.

litatis Patientia, vos minimè fugit; Nã peccata purgat, & ab his nos præseruat, tandem merita multiplicat, vt Sanctorum Martyrum extat exemplum. Ad quam autem acquirendam, tres nobis Regulæ dantur, quarum Prima, humilem orationem respicit; Vis tu ergo ò homo patientiam, Deum ora mane, & sero, sed humili corde; Altera Regula ad patientiam acquirendam, missæ auditio, & ideo desiderantes habere patientiam, missam deuotè audiãt; Regula tertia, confessionem respicit, & ideo, si patientiam vis, tua cõfiteri peccata, ne erubescas, quia tunc temporis à Deo tibi concedetur talis, vti Sanctis Martyribus, de quibus hactenus, loquuti sumus.

Via tripl. ad acquirendam patientiam.

Aeterna Christi munera.



T huius seculi milites sub proprio Duce se exercentes consuere ipsi Duci victoriam ascribere, nõ secus Christi milites, hoc est, sancti Martyres, sub vexillo crucis Christi certantes, omnem vim, siue fortitudinem suam, denique victoriam obtentam, post tot tormenta, Christo attribuebant, inde laude digni, hinc inde ab Eccl. sancta declarati, & potissimum in præsenti, dum Martyrum victorias celebrare intendens, ait. Aeterna Christi munera, & Martyrum victorias, laudes canentes debitas, lætis canamus mentib. &c. Hic vt auditis, describitur Sanctorum inuicta constantia martyrum, in perferendis, pro veræ fidei confessione tormentis. Verum quia ferè eadem sententia superius fuit posita in hymno communi Apostolorum, propterea, pluribus non vtemur verbis, sed solum æterna Christi munera, & dona, à Christo ipsis col-

Hymni materia.

sis col-

sis collata Martyribus, victoriasq;, nec non præconia ipsorum, hylari animo, lætoq;, corde decantabimus. Verùm ne videamur erubescere sine caussa loquentes, propterea rationem tantæ lætitiæ his verbis, subdemus ita dicentes. Quoniam terrore victo sæculi, pænisq; spretis corporis, mortis sacræ compendio, vitam beatam possident. Præamandi fratres in Christo, lætis, ac iucundis mentibus, in medium, si afferre vellemus, quæ, quot, & quanta, fuerint sancti Dei, passa, proculdubio nobis potius deficeret tempus, quam oratio; Nam hominum terrorem, Iudicum minas, fortiter sunt aspernati pro nomine Iesu. Hinc Andreas, ductu Spiritus sancti, est Crucifixus; Beatus quoque Ignatius, dixit, vtinam fruar bestijs, quæ mihi sunt præparatæ, quas oro, mihi veloces esse ad interitum, & supplicia. ò quæ fortitudo? ò quæ gratia? ò quod ardens desiderium, fruendi Deo? obseruate deinde beati Stephani pænas, & beatæ Agatæ, supplicia, qui licet multa sint passi, demum mortem temporalem, nihilominus nũc vitam sempiternam, possidere, dicuntur. Quare illorum mors compendium, & via quædam compendiaria ad illum terminum, & metam assequendam. Hinc canit de ipsis sapientia, dicens: Ecce quo modo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est, quia bono summo actu cohærent. Traduntur igni Martyres, & bestiarum dentibus, armata sæuit vngulis, tortoris insani manus. Quod est dictu. Ignibus quidem sunt traditi quamplurimi Martyres, inter quos peculiariter leuita Laurentius: Martyr verò Ignatius Traiano Imperatori dicebat: Ignis. Crux, bestiæ, ossium confractio, membrorum abscisio, siue diuisio, totius corporis contritio, deniq; in me tota tormenta Diaboli veniant, quia tantum fruar Christo. Cætera verò tormenta, quæ hic referuntur ad Hæbr. Apost. xj. scribens,

Quid Andreas sit passus.

Tangitur hic sanctorũ fortitudo.

Hæbr. 11.

scribens, his perstringit verbis. Alij distenti, alij ludibria, & verbera experti, vincula, & carceres, alij, & vlterius lapidati sunt alij, secti sunt, tentati sunt, in gladij occisione mortui sunt, circumierunt in melotis, & in caprinis pellibus: egentes angustiati, afflicti, quibus dignus nō erat mundus; Insuper, instrumento ferreo; puta pectine, vel quouis alio, vt beatus Blasius, sunt adhuc passi, vt hic videre est dum dicitur; Armata sæuit vngulis, tortoris insani manus. Hic per vngulam intelligatis velim, quodcunq; ferreum instrumentum, quo Sancti Dei Martyres, percussi, lacerati, ac dilaniati sunt. Per tortorem verò ille intelligendus, qui carnificum offitiū exercet. Aliàs tortores, dicti sunt maligni spiritus, quibus homo miser, ad puniendum traditur iuxta illud Matth. 18. iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus. Sæuiente sic ergo tortoris insani manu, nudata pendent viscera, sanguis sacratus funditur, sed permanent immobiles, vitę perennis gratia. Hoc est, Martyrum quidam sanguis sacratus funditur, & licet viscera, & corda eorum nudata, immobilia tamen existunt, siue permanebant, ad sustinendum pro Christi nomine Martyrium. Vel sic, viscera eorum nudata, idest munda, ac impolluta, erant ab omni inquinamento, desiderioq; mundano, ita vt solum ęternā vitā adipisci, anhelarent, & hoc diuino suffragio sustinentes, immobiles sic, permanebant, idest gratia Christi, qui est vita perennis, eos adiuuante. Hinc ad Cor. Apostolus. Gratia enim Dei sum, quod sum, & Paulo inferius, laboraui non ego, sed gratia Dei mecum. Vnde cum ipso Propheta, Sancti Martyres meritò cantare possunt, ita dicentes. Nō nobis Dñe, nō nobis, sed nomini tuo da gloriā. Diuino itaq; suffulti auxilio, omnia tormenta in patientia tollerabant, scientes optimè, quòd Dominus ipse est, qui custo-

Beati blasij pœna. *Quid per vngulā.* *Quid per tortorē.* *Math. 18.* *Cor. 15.*

custodit omnia ossa eorum, & vnum ex his non conteretur,, vt Psal. docet, Psalmo.33. Te igitur ò Christe nunc quæsumus, vt Martyrum consortio, iungas precantes seruulos, in sempiterna sæcula. Amen. *Psal. 33.*

Aeterna Christi munera.

De humilitate.



T, vobis magis dilucidus, prædeclaratus appareat hymnus, hodie in animum induxi meum tractare, & loqui de humilitate; cuius quod quid est secundum D. Bern. Sic se habet, dum dicitur, quòd est humilitas virtus, qua, verissima sui cognitione, sibi ipsi quilibet vilescit. Secundum verò Paulum Cortesiũ lib. 3. suarum sententiarum, ex modestia, humilitas nasci dicitur. Vnde humilis, est humile sapere, & humile velle; Hæc nobis præcipitur, & multum Deo placet. Vnde Dominus dixit: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum? hac de caussa Saluator noster docebat nos humilitatem, dicens. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde; Nec mirum, quia humilis nasci voluit, & ex Matre humili; Habere quoque voluit Apostolos humiles iuxta illud Cor. 1. Infirma mundi elegit Deus, vt fortia quæquæ confundat. Rursus Discipulis dixit suis, qui voluerit esse maior inter vos, sit minister vester, quia filius hominis uon venit ministrari, sed ministrare. Et Iacobi 2. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo? Incidens quoque Apostolus in sermonem Christi, Philip. 2. dicebat. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortẽ. Verùm dicetis, quos fructus humilitas virtus produ

Quid sit humilitas. *Paulus Cort.* *Vnde humilitas oriri dicatur.* *Cor. 1.* *Iac. 2.* *Philip. 2.*

Humilitatis fructus. cit in nobis? Audite; Namque hos. Primo gratiam Domini nobis pręparat, superbis etenim resistit Dominus, dat verò humilibus gratiam; Hæc via, est qua
Petr. 5. tendimus ad Deum, vt habetur Iacobi 4. Hæc ho-
Iac. 4. minem Dei hospitium facit, Esaiæ. vlt. Hæc nostras orationes, facit exaudire, quia Deus humilē, & pauperem respicit; Hæc illa, qua homo propriam diligit vitam, nec in proprijs viribus suis confidit; Hæc illa, qua homo Deo libenter obedit; Hæc illa, qua
Esa. vlt. homines, vt Sancti Dei Martyres, cum patientia, iniurias libenter patiuntur; Hac Ezechias iram Dei temperauit; Hac filij Israel, terribile periculum Holopherni euitarunt; Hac Virgo Maria, Dei Mater effecta; Hac Centurio, dignus fuit exaudiri à Domino; Hac Cananea coràm oculis Christi, gratiam inuenit; Hac Publicanus, iustitiam, est consequutus; Hac Petrus, Domino dixit, exi à me, Domine, quia
Hier. homo peccator sum; Hac Hierem. dixit. Ah, Ah, Domine Deus, ecce nescio loqui, &c. Hac Aposto-
Cor. 15. lus Cor. 15. dixit. Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, &c. Et Rom.
Rom. 12. 12. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes; Hac Sancti Martyres, coronati sunt, vt ex superiori hymno patuit. Hæc satis.

Rex gloriose Martyrum.



NICO actu Eccl. Sancta, tanquã ab alta specula cernens, præconia, & laudes debitas Sanctorum Martyrum complecti, nequaquam possę, hinc fit, quod subdat alia merita in hymno præsenti dum ait. Rex gloriose martyrum, &c. Discite primò, vos Audito-

res,

res, orationem, dirigere vestram ad Christum, vt faciat vos terrena respuere, & ad Cælestia peruenire, ob merita, præclarasque Martyrum victorias. Rex ergo gloriosè .i. ò Christe, qui Corona es Sanctorum martyrum tuorum, qui pro tui amore, tot passi sunt, qui quoque, es Corona illorũ, qui nomen Sanctum tuum in Martyrio, sunt confessi, ideo Corona confitentium, nostras benignus preces, audire digneris, & veniam concedere nobis, nec non vitæ ęternæ Præmium. Christus dicitur Rex Martyrum supremus, & eminentissimus, longè omnes antecedens, quia Deus, & homo ipse est, qui nec peccatum fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Alij verò homines non sic, quia si dixerint, se non habere peccatum, se ipsos seducunt, & veritas non est in illis; Præterea ipse Christus, morti obnoxius, minimè fuit, at bene mortem spontè pro nobis suscepit, dum se Deo Patri in hostiam, & suauitatis odorem, obtulit. Et licet, alij animas posuerint suas, pro fratribus peculiaribus tantum, ipse Christus Rex Sanctorum omnium, & Dominus, pro totius mundi salute, se obtulit Patri, vt paulo ante dixi. Tu igitur, qui Corona es Sanctorum Martyrum, & Confessorum, qui uè terrena respuentes, ad Cælestia perducis, non ludentes, nec aurum, siue Argentum thesaurizantes, nec ad alta tendentes, at caduca contemnentes, aurem benignam protinus, appone nostris vocibus, hoc est, tu dona, atque concede aurem tuam benignam .i. consensum nostris vocibus .i. orationibus nostris, ignosceque quod deliquimus, quod est dictu. Parce, quod peccauimus; Trophea enim Sacra pangimus, idest, nos qui Sacra manifestamus trophea, idest Sacram Sanctorum Martyrum victoriam; Tu namque ò Christe Rex gloriose, &c. vincis in Martyribus, parcendo Cõfessoribus, hoc est, tu seuitiam,

Christus cur Rex suprem⁹.

Idest qui sunt confessi in martyrio nomẽ tuum Sanctum.

Quid per voces.

siue crudelitatem tyrannorum in tuis Sanctis Martyribus vincis, ac superas, parcendo insuper, Confessoribus, hoc est nomen tuum confitentibus. Vince quoque nostra crimina .i. destrue nostra peccata, donando nobis indulgentiam. At hic notetis velim, quo modo Christus dicatur vincere, & vicisse in suis Sanctis Martyribus, mihi etenim videtur fore dicendum, quod hoc modo, quatenus scilicet, pugnandi, & vincendi, vires illis dedit, ad victoriam obtinendam. Vnde Sancti Martyres non ad propriam, & gloriam suam, sed soli Christo certauerunt. Hinc discite, quot modis, quibusuè de caussis, quis Martyr fieri queat; Nam pro Iustitia, vt Abel; Pro lege Dei, vt Machabæi; Pro veritatis assertione, vt Isaias, & Hieremias; Pro peccati argutione, vt Io. Baptista; Pro salute populi, vt Christus; Pro fide, & Christi nomine, vt Stephanus; Pro Ecclesiæ libertate, vt Thomas Cātuariensis; Pro Christo, siue loco Christi, vt innocentes, & infantes, atque Pueri. Deo propterea sit gloria, eiusque soli filio, cum spiritu paraclito, & nunc, & in perpetuum. Amen.

Not. de modo vincendi.

Quot modis quis Martyr fieri queat.

Rex gloriose Martyrum.

De Christo Rege.



VT magis notus dilucidusque vobis fiat prædeclaratus hymnus, hodie verba faciam de Christo Rege, docendo in primis, quisnam Rex dicendus; Deinde, cuius Rex sit; Tertiò Christo Regi, conuenientia, detegam. Quò ad primum, Audite; Nam Rex ille dicitur, qui Regnum possidet; Regnum verò nil aliud

Quis Rex: Quid Regnū.

dicitur

dicitur, nisi integra regio, quæ ab vno Rege, humanitus loquendo possidetur, vt patet de Rege galliam possidente, & similibus alijs. Verùm cum detur duplex Regnum, mundi, & cæleste, de primo nequaquam nos loquimur, at de secundo, cuius Rex, est Christus, cui hæc nomina competunt; Nam Rex vocatur benedictus; Cæli lumen; Mundi Prætium; Agnus Dei; Salus mundi; Hostia vera; Verbum caro; Fons pietatis; Gaudium nostrum; Panis Angelorum; Cordis nostri consultor; Virginum sponsus; Patris splendor; Imagò diuinæ bonitatis; Princeps pacis; Cæli ianua; Panis viuus; Pastor bonus; Vas Puritatis; Verus homo; Veritas perfecta; Via Paradisi; Præmium nostrum; Charitas immensa; Fons amoris; Dulcedo infinita; Requies nostra; Vita æterna; Resurrectio nostra; Patris sapientia; Christianorum redemptio; Peccatorum iustitia; Sanctificatio nostra; Vas omnium bonorum; Aduocatus noster; Refugium peccatorum; Adiutor in tribulationibus, vt patet de sanctis Martyrib. quorum victoria fuit. Vnde dicebatur. Rex gloriose Martyrum, &c.

Regnum duplex.

Regis nomina.

Iste Confessor, &c.



SATIS abundè hactenus, cum verba de sãctis Martyribus fecerimus, iuri modo consonum esse videtur, de sanctis tractare Confessoribus, qui apud Christum remunerationem, vt forent digni, Martyrum more, mundum sunt aspernati. Quare liceat nobis vna cum Eccl. sancta, eorum carmina decantare sic. Iste Confessor, &c. Vbi apparet fieri demonstratio, quæ duobus consueuit fieri modis; Vno modo ad oculũ:

Res considerata hymni.

Alio

Alio modo ad intellectum. Exemplum primi, dum miracula fiunt propter sanctitatem vitæ alicuius. Exemplum secundi, dum per sensum visus, huiusmodi miracula ad mentem referimus, siue intellectum. Quare dicitur, Iste Confessor, fuit Domini sacratus. i. propter vitæ suæ asperitatem sanctificatus; & confessor dictus, eo quia nomen Domini, est cōfessus. Vnde plebs, siue Populus, huius festū, Celebrat per orbem, siue mundū. Et lætus hodie. i. tali die, & gaudens, à mundo isto recessit meruitq; hoc est meritò, secreta videre, & Cælum scandere. Qui Pius, Prudens, humilis pudicus, sobrius, castus, fuit, & quietus, vita dum præsens vegetauit eius, corporis artus.

Sancti qualitas tangitur.


Detegitur hic, qualis fuerit iste confessor; Nam Pius erga Deum, & proximum; Prudens, idest sapiens, & de futuris prouidens; Humilis in conspectu Dei, & hominum; Pudicus. i. castus, corpore, & mente; Sobrius, idest abstinens cibis; Quietus, siue pacificus, vita dum prẹsens vegetauit eius corporis artus; Hoc est, dum spiritus huius sancti Confessoris, rexit, ac nutriuit artus. Ad sacrum cuius, tumulum frequenter, membra languentum, modo sanitati, quolibet morbo fuerint grauata, restituuntur. Vbi huius sancti Confessoris vitæ miracula, hisce carminibus deteguntur, dum dicitur. Ad sacrum cuius, idest ad sepulchrum Confessoris huius, membra languentum, idest frequenter ægrotantium, modo sanitati restituuntur, quolibet morbo, siue qualibet ægritudine, vel infirmitate, qua prius detenta forent. Quapropter chorus noster, idest voluntariè canit hymnum in honore ipsius sancti Confessoris, vt pijs eius, meritis iuuemur, omne per euum, idest per omne seculum. Sit igitur salus illi, decus, atq; virtus, qui supra cæli residens cacumen, totius mundi machinam gubernat, trinus, & vnus. Hoc est, sit Christo laus, qui

Tanguntur hic miracula.

residens,

residens, ac permanens, & existens supra cacumen, hoc est cæli altitudinem, qui trinus in personis, & in substantia vnus, qui totius mundi machinam gubernat. Audiuistis ergo hactenus virtutum commemorationem huius Sancti Confessoris, festum cuius celebratur non modo quò ad vitæ sanctitatem, verùm etiã miraculorum ostensionem. Propter quod fidelium congregatio, illi sedulo laudem debitam impendit, vt ipsius patrocinio adiuuetur. Sint itaque Pij omnes, & benigni, creaturæ omni; Sint Pij proximo, & prudentes, non solum literarum peritia, verum etiam negotiorum dispensatione; Sint humiles, mites, & spiritu pauperes, idest non inflati, nec in superbiam elati; Non percussores, sed modesti; Non litigiosi, sed humiles, quia Deus eorum humilitatẽ respiciet, & approbabit. Sint quoque casti corpore, & animo, desideria carnalia respuentes; quoniam vna cum Sancto isto Confessore, regnabunt in Patria sine fine. Amen.

Iesu Redemptor omnium.



IN omnibus, Sanctorum Patrum vestigijs, inhærendum fore, & vita, & exemplis, docet Sancta Mater Eccl. ad bona salutaria adipiscenda, & ideo Deo præuio, incipiens, sic ait. Iesu Redemptor omnium, &c. Vbi ad Christum Primò, habetur oratio, vt scilicet, sancti huius Confessoris, cuius Dies festus agitur, placatus ipse sanctis precibus, nobis veniam peccatorũ tribuat nostrorum, & gratiam imitandi, *Materia hymni.*

tandi, vitæ præclaram sanctitatẽ. Corona enim perpes præsulum, Christus est, eo quia ipsorum Decus est, insigneq; ornamentum, quo in ipsa vita æterna, vndequaque ipsi venustantur. Quid verò per præsules intelligendum sit, sciatis velim; quòd nil aliud, nisi Præsidentes, siue Principes, quos Deus, Principes constituit super omnem terram. Tunc temporis, erant illi Præsules, sicut modo, sunt Episcopi, qui constituti sunt superintendẽtes Ciuitatum, & animarum hominum, qui alio vocabulo appellantur Antistites. Iesu ergo perpes corona præsulũ, adesto, atq; faueto, hodie, clementius, ac solito benignius, nostris precibus, auribus etiam nostram percipiendo orationem, hac potissimum die, qua tui sacri nominis Cõfessor almus claruit, cuius celebrat annua, deuota plebs solennia. Vel sic. Adesto Domine, supplicationibus nostris, & inuocationibus hodierna Die, in qua sanctus iste Cõfessor, ac tui sacri nominis professor, gloriosum se exibuit. Quique ritè mundi gaudia, huius caduca respuens, cum Angelis Cælestibus, lætus potitur præmijs. O' fælix sanctus iste confessor, qui viam angustam vitæ fortiter arripuit, vt ad vitam ęternam ingrederetur. Mundana quoque, & terrena mundi huius gaudia contemnens, victor profectò, meruit Angelorum consortio adiungi. ò quam angusta, est porta, & arcta, quæ ducit ad vitam? ò quam pauci sunt, qui eam inueniunt? Sic ergo vos viuite, vt vna cum sancto isto Confessore, valeatis vitæ æternæ potiri præmijs. Hic namque, vt sua foret in Cęlis conuersatio, mundana gaudia reliquit. Quare Deus orandus, vt huius precatu seruulis, dimittat noxam criminis, hoc est faciat nos huius sancti sequi vestigia, ad hæc, quæ possidet, possidenda. Quod de facili nobis continget, si iustis, & bonis insistemus, iuxta illud Salomonis Prou. 18.

Quid per Præsules.

Manus Episcoporum.

Quomodo viuendum ad beatitudinem acquirendam.

Qui

Qui cum sapiente graditur, sapiens efficitur, & qui cum prauis, & stultis, prauus, & stultus reputatur. Vnde cum Sancto Sanctus eris, &c. Tu propterea ò Christe, precibus sancti huius tui Confessoris, & interpellationibus, dimitte nobis debita nostra, benignus, vt quotidie tibi dicere possimus; Sit Christe Rex pijssime tibi, Patrique gloria, cum spiritu paraclito, in sempiterna sæcula. Amen. *Prou* 18.

Iesu Corona Celsior.

IN hymno præcedenti, laudibus maximis, extulimus Sanctos Confessores Pontifices, modo agendum de Confessoribus non Pontificibus, his verbis. Iesu corona Celsior, & veritas sublimior, qui confitenti seruulo, reddis perenne præmium. Vbi, vt patet intuenti, petimus à Christo per interpellationem istius Sancti Confessoris, à nexu criminum, seu peccatorum absolui; Insuper, Confessor iste mirum in modum laudatur, qui mundum contemnens, inimicum superauit, & ideo nunc dapibus supernis potitur. Cuius consortio, coniungi suppliciter à Deo exposcimus. Verùm dicetis, libenter sciremus, cur Iesus, sponsus, & Eccl. Corona dicatur. Ad hoc dici potest, id fieri, eo quia, omni sit Celsior corona, quorumcumque coronam merentium; Veritas quoque nominatur, quia sublimior omni veritate. Est ergo Christus omni corona cuiusuis hominis corona celsior, & veritas sublimior omni veritate, quorumcũque Confessorum. Qui Christus, confitenti seruulo, reddit perenne præmium. Quare ò Christe, da supplicanti cætui, obtentu huius optimi, remissionem

Materia hymni.

Dub.

Sol.

criminum, rumpendo nexum vinculi. Vbi petimus, nodum siue ligamen vinculi, idest peccatorum, quo constringimur, disrumpi. Da ergo ò Christe, nobis plebi tuę supplicanti, peccatorum nostrorum indulgentiam, omnia cõfringendi ligamina prędictorum, & hoc amore, istius Sancti Confessoris, vt tandem sancti facti, vna cum Vate, aperte dicere valeamus: Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiã laudis, & nomen Domini inuocabo. Vnde, subdit Eccl. Anni ręcurso tempore, Dies illuxit lumine, quo sanctus hic de corpore, polum migrauit prępotens. Quod est dictu. Anni, vel mensium duodecim tempore, & spatio, Dies suo lumine luxit, lucemq; emisit, ac edidit, cũ hic præpotens sanctus, polum migrauit, idest Cælum. Sed dicetis, cur iste sanctus præpotens, dicitur? Respondetur, eo quia præ alijs hominibus, potens, & abundans sacris virtutibus, est visus. Vnde infertur. Hic vana terrę gaudia, & luculenta prædia, polluta sorte deputans, ouans tenet cælestia. Quorum verborum, hic sensus. Vir iste ampla prædia, siue luculenta, & eminentia ratione splendoris, quotannis largos referẽtia fructus, tanquam polluta, & sordida reputauit, ad illa collata cælestia, & sincera, supernę Patriæ bona. Hinc D. Greg. in Luc. 14. dicere consueuit, terrena namque substantia, supernæ fælicitati comparata, mors est potius dicenda, quam vita. De istis autem loculentis, siue lutulentis, & luto plenis prędijs, quid dicat Sanctus Basilius, audite; Nam ita fatur. Quæ vtilitas, digitos vertere lapillos corruscantes, & ostentare? Quis pulchritudini, formęq; fingendæ studens, vnam vitæ Diem, sibi prorogare poterit? Aut cui mors ob diuitias parcit? Quousque ergo, opes animarum laqueus mortis hamus, peccati esca? Quousque diuitiæ erunt belli materia, per quam arma fabri-

Quid à Christo petendũ. *Dub.* *Sol.* *D. Greg. 14.* *D. Basilius.* *Diuitiæ cuius caussa.*

fabricantur, & enses acuuntur? Propter opes namque, propinqui, cognati naturam negant, fratres inter se digladiantur, &c. iste igitur Sanctus Confessor deputans gaudia terrę, & mundi huius, vana, possessiones, fructus multos reddentes, esse pollutas, nec non malorum multorum origines, gaudens, & hac lætitia gestiens, cum effectu, nunc Cælestia Regna possidet. Ad quę volens quis nostrum peruenire, fortiter contra satellitem, debet sicut sanctus iste fecit, pugnare, & præmere. Vnde te Christe Rex pijssime, hic confidendo iugiter, calcauit hostem fortiter, superbum, ac satellitem. Sicco pede hic consultò pertransco dicere, cur Christus Rex nominatus pijssimus, supra enim abundè iam declaratum hoc fuit à nobis. Non tamen omittam vobis aperire, quid per hostem debeatis intelligere, quia Diabolum, qui totius humani generis aduersarius, est antiquus. Per superbum verò satellitem, caro nostra summenda, quæ est animæ satelles, eo quia sit data in obsequiū, & ministerium illi, sicut ancilla in Dominæ famulatum. Dicitur quoque satelles superbus, quia caro concupiscit aduersus spiritum, & in peccati captiuitatem, plerumque pertrahit. Verùm non iam Sanctum Confessorem protraxit, quia Dei auxilio fultus, Diabolum fortiter prostrando, carnem suā crucifixit, cum vitijs, & concupiscentijs. O' sancte propterea, & prudens Confessor, qui cū hostis tibi mollia fuggerebat, intrepidè respondebas, quam pulchra, & casta generatio cum claritate, ideo immortalis, est tua memoria apud Deum, & homines. Sed dicetis, quibus armis pro hoste calcando, iste Sanctus, vsus est? Respondetur, quòd his, quibus præsens intendit textus, sic dicens. Virtutum actu, & fide, confessionis ordine, ieiuna membra defferens, Dapes supernas obtinet. Vbi sciendum, quòd Rex

Quid per hostem.

Quid per satellitē.

Dub: Sol.


noster, suis militibus diuinos quosdam habitus infudit, veluti arma, quibus vti possent aduersus Principes, & potestates, nec non aduersus rectores tenebrarum harum, de quibus ad Ephe. Paulus ait: Accipite, armaturam Dei, vt possitis resistere in Die malo, &c. Hæ sunt ergo virtutes, quibus sanctus noster, victoriam reportauit, idest in castitate vera carnis, & cordis in perfecta iustitia legis, & Sancti Euāgelij. Addite vos, quòd prçter animi habitus istos, etiam fultus fuit moralibus virtutibus, videlicet, prudētia, iustitia, fortitudine, & tēperantia. Insuper, erga Deum, fuit Religiosus cultu, honore, amore, timore, deuotione, oratione, & adoratione; Sacrificij, oblatione, votorum redditione, diuiniique nominis inuocatione, nec non in hymnis, & canticis exercitatione. Ab isto, aliena semper fuit superstitio; Dei tentatio, Periurium, & similia, tanquam pestes odibilia. Verùm, ne credatis, quòd hic Sanctus, hæc omnia sua fecerit virtute, propterea additur, & fide, idest fiducia illa, quam habuit erga Deum. Vbi sciendum; quòd fides hic, non sumitur pro virtute Theologica, sed pro fiducia, qua sanctus iste armatus, serpentis caput contriuit. Virtutum ergo actu, & fide, & cōfessionis ordine, dapes supernas, obtinuit. Proinde te Pijssime, precamur omnes supplices, vt huius almi gratia, nobis remittas debita. Quod est dictu. Quia sanctum istum admisisti Domine, sanctorum tuorum consortio, te incessanter fruentium, deprecamur vt nobis cōdonare velis debita nostra seruatis seruandis, quantumcunque grauia, & magna, ad vitam æternam consequendam.

Ephe. 6.

Quibus sanctus iste fuerit præditus.

A quib⁹ abstinendum.

Quid per fidem.



Iesu

Iesu Corona Virginum.



OST Apostolorum, Martyrum, & Confessorum præconia, laudesque debitas, consequenter agendum de laudibus, Virginum, quæ Cælum scandere bonis operibus, meruere; Nec vobis mirũ videri debet hoc, Deo namque nil gratius Virginibus, videtur esse posse, in cuius rei signum, Deus Virginem Mariam intantum adamauit, vt digna facta sit, in ventre suo castissimo portare, quem Cæli capere non potuere. Cum itaque tam Deo Virgines, sint gratæ, iuremerito, hæ, cum Ecclan hunc modum celebrandæ. Iesu corona Virginum, &c. Quod est dictu. ò Iesu, qui es Virginum corona, quem Mater illa, hoc est Virgo Maria concepit, ac peperit, quæ ipsa, sola Virgo, ante partum, & post partum fuit, ac remansit Virgo, & filium in Virginitate peperit; idcirco ita dicendum. ò clemens Virgo Beata, accipe vota .i. preces, siue orationes nostras. Nunc sermo dirigendus ad Christum, his verbis. Qui pascis inter lilia, idest, tu qui delectaris inter Sanctos, cum tua delectatio ò Christe, nil aliud sit, quàm Sanctos in circuitu tuo habere, propterea subditur, septus choreis Virginum .i. circundatus, atque ornatus ordinibus Virginũ, quas tua gloria sponsas, decorans, sponsisque reddens præmia, siue sponsis merita.i. Virginibus. Et ideo, quocunque, pergis, Virgines, sequuntur, atque laudibus, post te canentes cursitant, hymnosque dulces personant. Quod est dictu. Qui tu Christe, Sanctis Virginibus reddis præmium, ideo quocunque pergis idest ad quemcunque locum vadis, te Sanctæ Virgines, cum laudibus, ac melodijs dulcibus, post te, dulces

Materia hymni est Virg. nũ laus.

Quid per lilia.

dulces cantus emittentes, sequuntur. Te igitur deprecamur largius, nostris adauge sensibus, nescire prorsus omnia corruptionis vulnera. Quod est dictu. ò Christe nos deprecamur te, vt digneris augere largius, gratiam tuam nostris sensibus; & dare nobis nescire omnia corruptionis vulnera, corruptio etenim animam vulnerat. Hinc colligite, quam dignus, sit Christus laude, Virginum sponsus purissimus, eo quia Sacratissimas Virgines, sponsas suas, ex hoc mundi ergastulo, ad Cælum euexerit, ibique gloria, & honore coronauerit. ò Iesu propterea corona, & decus insigne, nec non Virginum omnium ornamentum, quem Mater illa notissima Virgo concepit filium, nostris adauge sensibus, vt tandem bonum, quod desideramus, ac frequenter petimus, assequi valeamus. Amen.

Munus corruptionis.

Iesu Corona Virginum. De Virginitate.



CVM tam cordi, Sanctæ Virgines, sint ipsi Deo, num ego silentio inuoluam harum tractatum? Certè non, quia tunc mihi, quid vitio dari posset. Loquuturus ergo in præsenti de Virginitate, hac via procedam; Nam Primò, quid sit Virginitas explanabo; Vnde dicatur Virgo, secundò; Insuper, aureolā Virginum declarabo. Quò ad primum, D. Ricardus lib. 4. dist. 33. Ar. 4. q. 1. ait, quod Virginitas accipi potest impropriè, videlicet pro negatione actualis concupiscentiæ, cuiuslibet venereæ delectationis, cum carnis integritate, & sic quælibet mulier Virgo nasci, dicitur,

Ric. 4.

quo

quo modo Virginitas non est Virtus. His ita positis, quid modo sit Virginitas, audite; Nam nil aliud est, quam abstinentia ab omni coitu, tam illicito, quam licito, & integritas mentis, & carnis, vt testatur Brulefer lib. 4. dist. 33. q. 4. Vel sic. Virginitas est habitus continentiæ perfectus, & decorus. Vel sic, ad mentem D. Aug. Virginitatem describentis, his verbis. Virginitas, est in carne corruptibili, incorruptionis, perpetua meditatio. Vnde autem dicatur Virgo, loco secundo in hunc modum detego; Nam dicitur à viridiore ętate. Accedit nunc consideratio Aureolæ Virginum, solet enim in generali, canticum nouum ipsis dari, non coniugatis, nec viduis, sicut fructus centesimus prę illis. At ingenio pollentes, dicetis, num Virginitas, est à natura? Respondetur affirmatiuè, siue constructiuè, quod sic; & quòd non, sed respectu diuersorum; Nam inquantum quid materiale dicit, proculdubio à natura est, at quò ad illud, quod est formale, idest quantum ad propositũ, perpetuę seruandę virginitatis, à libero est arbitrio. Plura si vultis de hac materia, legite lexicon Theologicum pag. 24. & pag. 339. vbi consideratione digna habentur. Hæc intantum.

Virginitas quid sit. *Brulefer.* *D. Aug.* *Virgo vnde dicta.* *Dub.* *Sol.* *Lexicon Theolog.*

Virginis Proles.



EX superioribus opinor vos optimè nouisse, Christum gloriæ Regem, Dominum virtutum, atque potentem; Qui inter cætera potentię suę miracula, etiam in sexu fragili, victoriam contulit martyrij, fortesq; etiam mulieres in Martyrio ipse fecit, & ideo Eccl. Sancta nunc canendo ait. Virginis proles, &c. Vbi

Materia hymni

hymni

hymni preſentis tangitur res conſiderata, quæ eſt de Virginum laudibus. Virginis ergo proles, ideſt ò fili Virginis Mariæ, qui es proles, ſiue filius, & opifex, ſiue creator matris, quem Virgo geſſit, peperitque Virgo, ideo Virginis feſtum canimus tropheum, hoc eſt huius Virginis feſtum, & tropheum, ideſt victoriam, votumq; hoc eſt orationē Virginis huius. Hęc tua Virgo duplici beata, ſorte dum geſſit, fragilem domare corporis ſexum, domuit cruentum corpore ſæclum. Hic docemur, quo modo Virgo beata duplici ſorte, ideſt Martyrio, & caſtitate, fuerit beata, dum ſcilicet geſſit, ſiue conſiderauit domare, & caſtigare fragilē ſexum corporis; Nam domauit cruētum ſęclum corpore ſuo, vt Catherina, Agatha, & ſimiles aliæ Virgines. Vnde nec mortem, nec amica mortis, ſæua pænarum genera paueſcens, ſanguine fuſo, meruit ſecreta, ſcandere Cæli. Quorum verborum, hic eſt ſenſus. Ex quo fragilem domuit ſexum, nec ſęua, ſiue crudelia genera pænarum paueſcens, ſacratum ob id ſcandere Cælum, fuſo ſanguine, meruit, pro Chriſti amore. Huius obtentu Deus alme noſtris, parce iam culpis, vitia remittens, quo tibi puri reſonemus almum, pectoris hymnum. Quod eſt dictu. O' Deus alme, quia Virgo, iſta cælū ſcandere, meruit, iam parce noſtris culpis obtentu .i. prece, vel oratione Virginis huius, dimittens noſtra peccata, quo tibi puri, ideſt, vt nos caſti pectoris, ſiue cordis reſonemus, ideſt cantemus almum, hoc eſt, ſanctum hymnum. Quidam alij rem intimius perſcrutari volentes, autumant Chriſtum fore laudibus extollendū, eo quia ſit ipſe de Virgine natus. Quæ carnem vicit per Virginitatis puritatem, & mundum per glorioſum, quod pertulit, Martyrium. Præter hæc, fatentur inſuper, ad eundem dirigendam fore orationem, vt huius ſacræ Virginis oratione,

Quid per trophe- um.

nobis

nobis clementer peccatorum nostrorum elargiri dignetur, remissionem. O' Proles ergo, idest ò fili Virginis Mariç, & ò opifex, atq; creator eiusdem matris tuæ, quç te portauit in ventre, accipe quæso votum, idest orationem nostram; Vel votum tropheũ, hoc est præconium in testimonium victoriæ huius Virginis Sanctæ. Quæ Virginitatis integritatem seruauit, & martyrium passa est, & duplici corona, siue aureola, exornata, virginali videlicet, & Martyrij. Quare tu Deus, huius sanctæ Virginis placatus, prece, & oratione, ignosce culpis nostris, quo, idest, vt tibi puro corde resonemus canticum tale. Gloria Patri, genitæq; Proli, & tibi compar vtriusq; semper, spiritus alme, Deus vnus, omni tẽpore sæcli. Amen.

Vrbs Ierusalem Beata, &c.



CVM in lege naturę, sub lege scripta, & in lege gratiæ, consecrationis festum, semper magnæ fuerit authoritatis, vt videre est in Diuinis oraculis, magna propterea fideles deuotione, huiusmodi festa, agere more Eccl. Sanctæ, tenentur, quæ vt intuenti patet, ita fatur. Vrbs Beata Hierusalem, &c. Vbi Ciuitas superna Hierusufalẽ, siue Eccl. Cęlestis, ac triumphãs, mito decore ornata, & spirituali fabrica splendidè extructa, laudibus extollitur, & magnificatur; Nam vt Salomonis templum, ab eo ædificatum, lapidibus pretiosis, fuit ornatum, non secus Cæleſtis Hierusalem Sanctis diuersis lapidibus dicitur ornata. Vrbs ergo Beata Hierusalem dicta, eo quia primò, fuerit ædificata in assiria à Noe, & nomine appellata, Melchisedech. Ibi Salomon famosissimum ædificauit

Præconia Eccles. triumph.

Materia hymni.

Eccles. laus.

templum, & vnxit; & vocauit Hierusalem. ò Beata igitur Vrbs.i.Ciuitas Hierusalem, siue Cælestis, animabus constructa Sanctorum. Dicta pacis visio, quoniam ibi in illa Cęlesti Patria, est Pax sine vlla discordia. Quæ Ciuitas construitur; siue ordinatur in Cælis ex viuis lapidibus, hoc est animabus Sanctorum Apostolorum, & similium, puta Sanctorum Martyrum, Confessorum, &c. Est etiam Angelis coronata, vt sponsata Domino. Quod est dictu, vt sponsa, corona sponso, vel viro suo, ornari dicitur, non secus Ciuitas Hierusalem ornatur à Domino suo, coronis Angelorum. Noua veniens de Cęlo, nuptiali thalamo.i.noua Eccl.veniens de Cælo, quæ Christi sponsa, præparata, & sponsata, nuptiali thalamo, hoc est baptismo, quo mediante coniungimur Domino, vt sponsa viro suo. Plateæ, & muri eius ex auro purissimo, &c. quasi dicendum sit, vt Ciuitas laudari solet ob Platearum pulchritudinem, & per murum defendi, ita Eccl. Sācta digna est laudari, ob Platearum pulchritudinem .i. Sacrarum Scripturarum, defendique per muros fortissimos .i. per Sanctorum Martyrum perfectionem, qui fortes fuerunt in passione, quique ex auro purissimi viri, quatenus in passione, & miraculis faciendis splenduerunt, & modo vt sol in æterna vita fulgent. Portæ nitent margaritis, aditis patentibus, & virtute meritorum illuc introducitur omnis, qui ob Christi nomen hic in mundo præmitur. Quorum verborum significatum tale est. Portæ.i. Apostoli, vel Prophetæ, nitent, siue splendent, atque lucent margaritis.i. virtutibus, & ideo ipsi, vt portæ, dant nobis aditum siue introitum aditis patentibus, idest secretis, siue arcanis apertis, hoc est, illa, quæ sunt secreta in Cælo; Nam virtute meritorum .i. bonorum operum, huiusmodi secreta, & abdita, fiunt aperta, clara, & manifesta, vnde illuc intro

Cur visio Cælestis Hierusalem.

Descriptio cum ornamentis Eccle.

ducitur

ducitur, hoc est in Sanctam Ciuitatem Hierusalem, omnis, qui ob Christi nomen, in hoc mundo premitur. i. vitam aeternam consequitur, qui sic cruciatur. Tunsionibus pressuris, expoliti lapides, suis coaptantur locis per manus artificis, disponuntur permansuri Sacris aedificijs. Quandocunque, humanitus loquendo, quis aliquod intendit aedificiũ construere, se debet expedire, ita Sancti Martyres ad vitam aeternam possidendam, se ipsos expoliarunt, corpora videlicet sua carnificibus tradentes, vt peruenirent ad palmam Martyrij. i. ad vitam aeternam. Quapropter Sancti Martyres dicuntur expoliti, siue ornati, & lapides ordinati, tunsionibus. i. pressuris, percussionibus, ac tribulationibus, qui ob id suis coaptantur locis more lapidum, qui parieti, aptantur, ita Sanctorum animae in Paradiso, secundum merita eorum. Disponunturque per manum artificis puta Christi, permansuri Sacris aedificijs Caelorum. Si ergo nos magnitudo praemiorum delectat, non deterreat nos quaeso laborum certamen; Nam certi sumus, quòd per multos labores, ac tribulationes (vt ait Apostolus) oportet nos intrare in Regnum Caelorum. Verùm dicetis, num omnis mundi pressura, ad nostram ducit Ciuitatem? Respondetur paucis, quòd non, quia pena non facit Martyrẽ, sed caussa. Caro namque, mundus, & Diabolus, suos Martyres habent, qui hic, paenam inferni incipiunt, illic nunquam finitura, & Ideo Eccl. Sancta militans ait, ob Christi nomen omnis, qui in mundo premitur. Cum itaque sint bona magna promissa viuentibus in praesenti Eccl. ad illam supernam ordinata, idcirco pro dictis, Deo gratias agere debemus ita dicentes. Gloria, & honor Deo, vsquequo altissimo vni essentialiter, & trino personaliter, Patri, & Filio, & Spiritui Sancto consolatori glorioso, cui per infinita saecula. Amen.

Dub.

Sol.

Vrbs Ierusalem Beata, &c. De Festo Dedicationis Ecclesiæ.



ERBA facturus de celebratione dedicationis Ecclesiæ, edocebo authoritate, tum veteris, tum noui testament, huiusmodi festum, solenniter esse celebrandum; Nam Exodi 23. est à Domino præceptũ, quòd vniuersus populus Israel, ter in anno, idest festiuitatibus, puta Paschæ, Pentecostes, & Dedicationis Ecclesiæ, Deum orarent, & ideo festum hoc, solenniter celebrandum; Insuper, Exodi 23. dicitur: Nõ apparebis in conspectu meo vacuus; Si Pauper es, offer Deo cor contritum. In nouo quoque testamento legitur, quòd Christus personaliter dedicationis festum visitauit, vt habetis apud Io. 10. & quotiescunque Hierusalem venit, frequenter Christus, primò, templum visitabat, vt nobis daret exẽplum. Vnde D. Greg. omnis Christi actio, est nostra instructio, & ideo nos debemus Christum sequi in nouo testamento, sanctosque Patres in veteri, qui Deo placere volentes, dedicationis festum deuotè, & letanter peragebant. Nec vobis mirum esse debet, gaudium præsentis dedicationis, quoniam futurum gaudium in cælo, representat vobis. In cuius rei signum, flores, & gramina sparguntur, candelæ in parietibus accenduntur, altaria, & imagines decorantur, sacerdotes casulas induunt præciosiores, & clerici canunt cantum, qui cantari consueuit in Maioribus

Dedicationis festum celebrandũ.

Exodi 23.

Quid offerendũ Deo.

Io. 10.

D. Greg.

ribus festis. V. g. Chyrieleison, Sanctus, & Agnus Dei. In aliquibus verò Ecclesijs solet cantari in organis, & Cymbalis; in eleuatione Corporis Christi. Vnde sciendum, quòd quando Eccl. intrat homo, prius cogitare deberet, ad quid Eccl. constructa sit, & Deo dicata, quia non ad finem alium, nisi ad Christum,& sanctos suos,puro corde adorandũ; Nam Domus mea, dixit ipse Christus, Domus orationis vocabitur, &c. Verùm non hoc, animaduertunt homines illi peruersi, qui in Ecclesijs Deo dicatis, verba inutilia, nociuaq; sibi,& proximis, proferunt,nec vt indeuoti genua flectunt, siue,vt tenentur, curuant. O' infelices, qui forsitan ignauia vestra, nescitis, quod in Dei Eccl. illicita, minimè facienda,ne fiat Domus Dei, spelunca latronum? Introeuntes ergo Eccl. Dei, reuerenter, & humiliter intrent, Deumq; deuotè adorent; Nam præter Eucharistiæ Sacramentum, ibi quoque indulgentiæ multæ. Sed dicetis, Indulgentia, quid est? Respondetur, quòd nil aliud, nisi pęnæ remissio pro peccatis, debitæ. Vnde D.Thom. lib. 4. dist. 20. ait,quòd indulgentiæ valere dicuntur ad pænæ remissionem residuæ, post contritionem, & confessionem. *Ad quid Eccl. cõstructa.* *Dub.* *Sol.* *D. Thõ lib. 4.*

Hic sciendum,quòd in contritione,& confessione, condonatur culpa, ac remittitur, sed adhuc pænæ solutio remanet. Qui plura desiderat, videat Discipulum pag. 46. vbi ad aures D. Thomæ, consideratione digna, dicit,& Rayn. in sua summa vbi de indulgentijs. *Notan.* *Discip.* *Rayn.*

Hæc satis.

Angula-

Angularis fundamentum.



N superiori hymno, meliori modo, quo potuimus, Ciuitatẽ supernam Hierusalem, in Regno Cælesti regnantem, mirabilique decore pręparatam, spiritualique ædificio profecto ædificatam, descripsimus. Modo post prædictę Cælestis, Hierusalem laudes, & *Materia hymni.* pręconia, ad Angulare fundamẽtum. i. ad Christum, nostra vertenda oratio sic. Angularis fundamentum, &c. Ecclesię fundamentum Christus dicitur, & lapis angularis; licet reprobatus à Iudæis, iuxta illud Euang. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, nunc factus, est in caput Anguli, eo quia Christus, est caput Ecclesię. Et vt lapis angularis, duos habet vnire, atque coniungere, parietes, non secus Christus, Deum coniunxit, & hominẽ in suum amorem, ideo subditur. Qui compage parietum, in vtroque nectitur. i. ligatur, quia Deus, & homo fuit. Vnde compage parietum, facta est coniunctio parietis. i. Ecclesiæ. Quem Syon Sancta. i. Eccl. suscepit. i. illum in quo credens permanet. i. quicunque credit in Christum, quia tunc firmatur in Sancta Syon. i. in triumphanti Eccl. i. in vita ęterna. Vnde Sancta illa coniunctio, Deo Sacra, & dilecta Ciuitas, plena modulis, in laude, & canore iubilo, trinum Deum, vnicumque cum fauore prædicat. Quod est dictu. Omnis illa Ciuitas Sacra à Deo dilecta, sicut Ciuitas Hierusalem, quia à Deo creata, & dilecta, plena modulis Angelorum, qui in Dei laude, cum canore iubilo. i. cum cantu gaudio pleno; Nam Angeli ipsi, semper laudant, ac Deum trinum, & vnum in essentia, confitentur. Alia namque,


namque, est persona Patris, alia filij, alia Spiritus Sancti. Quare, tu ò summe Deus, exoratus à nobis aduení, suscipeq́ue bonitate tua, vota, desideria, & orationes, siue preces nostras, largamque iugiter infunde benedictionem hic, idest in isto loco tẽpli tui, spargeque nobis remissionem omnium peccatorum nostrorum, vt omnes promereantur, petita acquirere, & adepta possidere, cum sanctis perenniter, paradisum introire, translati in requiem. Quibus in verbis, docemur, quòd in hoc sacro templo, omnes homines, promereantur petita acquirere, & quæ iustè petita, & continuè, obtinere. Petat igitur peccator humili corde, veraq́; contritione, veniam, siue remissionem suorum peccatorum, ad gaudium ęternorum, quæ permanentia sunt, possidendum. Discite vos interim, bona transitoria, nisi cum conditione, à Deo petere, vt sic facta iustè petitione, valeatis cũ gaudio, petita obtinere, & paradisum introire, idest in sanctam requiem. Hactenus audiuistis, quo modo Christus, sit lapis angularis, quatenus in eo, duę naturæ, humana, & diuina, sub vna tamen persona; Vel duæ leges, noua, & vetus; Vel duo populi, idest Iudaicus, & Gentilis. Insuper, quid per Syon intelligendum; Nam nil aliud, nisi Eccl. militans in terris, quæ credens in Christo, & in fide stabili permanens, de facili suas obtinet ad vitam æternam, petitiones. Amen.

Quid à Deo in Eccl. petendum.

Quid per Syon.



Angularis fundamentum. De Christo capite Ecclesiæ.



INVESTIGATVRVS, num Christus sit Ecclesiæ caput, agam primò, de Eccl. Insuper, narrabo Eccl. arma; Demum veritatem ob oculos vestros, ponam. Quò ad primum Brulefer lib. 4. dist. 11. q. 111. agendo de militante Ecclesia, ait, quòd nil aliud est, quam fidelium omnium viatorum congregatio, sub Christo militantium, contra Diabolum, contra carnem, & contra Mundum. Vnde pagani, & infideles alij non possunt dici, esse de Eccl. militante, videlicet actu, at potentia oppositum euenire contingit. Nunc de armis Ecclesiæ agendum, habet enim Eccl. Sancta arma sua; Nam baptismus, est intrantiũ Eccl. armatura; Secundò, est terribilis, vt castrorum acies ordinata; Tertiò, vocatur acies, quia coniuncta, & vnita, Christò per Eucharistiam; Quartò, ordinata dicitur, per ordinis Sacramentum; Quintò, quia aliqui extrahuntur per corporalem mortem, idcirco, institutum fuit Matrimonij Sacramentum, ad multiplicandam prolem; Sextò, quia multi prosternũtur per mortalem culpam, propterea, Sacramentum pænitentiæ, ad Resurgendum, institutum; Septimò, datur Sacramentum exeuntium, videlicet extrema vnctio, & quicunque fuerit egressus Eccl. milit. cũ omnibus armis suis, idest Sacramentis, gratiam conferentibus, in non ponentibus obicem, proculdubio

Brulefer. *Quid Eccl.* *Arma Eccl.* *Baptismus.* *Confirmatio.* *Eucharistia, &c.* *Matrim.* *Pænit.* *Extrema vnctio.*

bio ad Eccl. triumphantem tendet. At quicunque de tali Eccl. milit. exit, sine armis ad salutem requisitis, absque dubio, non spoliatus peccatis, ad Infernum tendit. Nunc videndum, An Christus Eccl. caput, dicendus; Mihi quòd sic apparet, vt est legere apud Apostolum. Col. 1. Insuper, si non foret Caput, Eccl. tūc foret acephala, quod valde absurdum; Deinde, in hymni initio, nonne decantabat Eccl. Angularis fundamentum, &c. At dicetis, Ecclesia num vno sumitur modo? Respondetur, quòd non; sed pluribus modis, & primò, pro congregatione fidelium actu existentium; Secundò, pro congregatione omnium fidelium à Christi tempore, vel Apostolorum, vsq; nunc succedentiū; Tertiò, pro congregatione omniū fidelium à mundi principio vsq; ad consumationem sæculi, quo modo non solum Christi Eccl. comprehendit, sed etiam synagogam Moysi. Potest quoque sumi pro Eccl. quam Petrus Apostolus rexit, & ita Petri Eccl. dicta. Solet insuper, sumi pro summo Pontifice, & quibusdam præsbyteris, & Diaconis; Quandoque etiam pro solis Cardinalibus; Demum pro firmiter omnibus credētibus Apostolorum fidem predicatam, quorum Caput est Christus. Hæc hactenus.

Christus An Eccl. Caput. Col. 1.

Dub.

Sol.

Ecclesia significata.

Aue Maris Stella.



VLLVS, est vestrum Auditores Præstantissimi, qui ignoret, hymnū istū, quem præ manibus habemus sacrosanctum, ab Eccl. Sancta, in horis decantari Vespertinis, nec sine magna emphasi, quandoquidē, vt Vesper stella, quę sole iam occiduo, omnium pri-

ma ex stellis, Vesperi lucere conspicitur, & viatores, siue huius mundi peregrinos illuminare, ita Virgo Maria, velut stella fulgentissima, inquirentes supernam Ciuitatem, illuminat. Quare, vt vna cum Eccl. Sancta, hanc salutemus, ita exordientes, & dicẽtes. Aue maris stella, &c. Quasi dicat Eccl. ò Virgo Maria, quæ maris, idest mundi huius diceris stella; Nam vt stella, siue sidus, nautis ducatum donat, hoc est viam ipsis ostendit, vt cursu fælici, ad salutis portum veniant, ita Virgo beata, filium nobis donauit suum, vt cursu prospero ad ipsum perueniamus, salutis nostræ verum portum. Rectè ergo Maria Virgo, syderi assimilatur. Quæ Dei mater, vt infertur, Dei mater alma, idest ò Sancta, semperq; Virgo, cũ nec mente, nec corpore, corrũpta. O' fælix insuper cæli ianua, siue porta beata; Tu sumens illud aue .i. accipiens illam Angelicam salutationem, quæ salutatio fuit in ore Gabrielis, & ideo dicitur, Gabrielis ore. Tu ergo funda nos in pace, idest firma ò Beatissima Virgo in pace nos, quia maxima cernitur discordia inter nos, & Deum ipsum, quam inimicus homo, seminauit, & posuit. Mutans nomen Euæ .i. Euæ prius matris nostrę maledictionẽ; Nam per te, Euæ maledictio in benedictionem mutata est, quia peperit illa peccatorem, tu verò innocentem; Illa cum dolore, tu sine dolore; Illa tenebram, tu lucem; Illa fuit infælix, tu verò fæliciffima; Illa non Virgo post partũ, at tu, & ante, & post, & ita patet, quòd elementa, quæ sunt in Eua, sunt in Aue, sed diuersimodè. Cum itaque Virgo Maria, sit Stella Maris, nomenque Euæ mutatum, idcirco hanc rogare his verbis debemus; Solue quæso vincla reis, idest destrue ligamina reis, idest peccatoribus, qui peccati funibus, ligati dicuntur. Profer quoque lumen cæcis, idest dona lumen, vt puta illis, qui sine Deo vitam

Cur Maria Virgo stella.

Ad quid Virgo Maria roganda.

tam ducunt, qui est lux vera, sine qua, meritò cæci nuncupantur. Mala deinceps nostra pelle, hoc est peccata nostra reijce, bonaq; cuncta posce, scilicet à filio tuo, vt ipsi Deo, feliciter cum erit tempus, animam reddere valeamus nostram. Monstra etiam te esse matrem, vt puta filij Dei, vt filius ipse sumat siue accipiat per te præces nostras. Qui pro nobis natus, tulit esse tuus, idest pro nobis filius tuus. Virgo singularis inter omnes mitis, idest ò Virgo Maria tu singularis, quia nulla alia Virgo tibi similis, ideo inter omnes mulieres, tu vna, & specialis, humilisque nec non benedicta. Tu ergo fac nos solutos à peccato, idest absolutos, facq; mites, & mansuetos, nec nõ castos, idest viuere in castitate, omnibus diebus vitę nostræ. Vitam præsta puram, hoc est ò Virgo beata, quia tu mater castitatis, donare digneris nobis vitam puram, idest mundam, iterque para tutum .i. accomoda nobis tutam viam, vt videntes Iesum filium tuum semper gaudeamus, Deoq; Patri, Deo filio, spirituique Sancto, laudes reddamus debitas ita dicentes: Sit laus Deo Patri ò Beata Virgo, sit quoque laus siue gloria filio, qui venit de excelso, idest de Cælo, Decus quoque ipsi summo: Honor deinde, sit spiritui Sancto, qui vnus cum Patre, & filio in essentia. Audiuistis ergo hactenus quam laude sit digna, Virgo Maria, sine omni væ, .i. miseria culpæ, ac pænæ. Quare Regina Cæli, lætare, & gaude, quia integritas tua, non est diminuta. Tu Stella propterea nostra duc quęsumus ad portum; Tu spes nostra; Tu Mater Dei, ideo te quoque nostram esse matrem ostende; Tu mater castitatis, & puritatis, pręsta idcirco nobis vitam puram, ad vitiorum nostrorum putredinem fugiendam. Amen.

Aue Maris Stellæ. De laudibus Mariæ Virginis.



OMINE Dominus noster, si mihi faueres, de Virginis Mariæ aduocatæ, in specie meæ, laudibus, atq; præconijs, verba facere; Hæc namque, & gloriosissima, & aduocata nostra est, vt canit Eccl. Eia ergo aduocata nostra, &c. Hæc in oculis filij sui gratiosa valde; Hæc summæ pulchritudinis, & famæ; Hæc Sanctorum omnium sancta, quia à Deo præseruata; Hæc super Angelos, est exaltata; Hæc Mater gratiarum, quia Deo propinquissima; Hæc intrinsecus, & extrinsecus speciosissima; Intrinsecus, quia fidelis, humilis, & charitate plena. Extrinsecus verò, quia bene proportionata in membris; Hæc Arcæ Noæ, dicta similis, quia tanta fuit septa, & ornata gratia, vt aquæ peccati putridæ, neutiquam Beatæ Virginis mentē potuerint penetrare, vt neque aqua Noæ Arcam pice bituminatam, siue septam. Hæc collo insuper, assimilari dicitur; Nam vt caput, & corpus vnit, ita virgo beata Christo capiti vnit Christianos; Arca quoque veteris testamenti, vt ligni dicebatur esse; non capacis putredinis, ita Virgo Maria incorrupta, ob suam Virginitatem, tam intus, quam foris plena erat operibus bonis. Vlterius, vt Regina Ester præ omnibus dicitur placuisse oculis Assueri, ita Virgo Maria, prę omnibus alijs mulieribus,

Eccl.

Arca Noa cur similis Virgo.

Cur collo similis.

bus, Deo placuit; Insuper, vt noctis ornamentum Luna dicitur, ita Mater gratiæ .i. Virgo Maria peccatorum ornamentum; Demum, vt nubes e, Mare egreditur, non secus Virgo Maria, e, terra principiũ habuit, at eius cogitationes, & opera, Cælestia. Aue ergo Maris Stella, Dei Mater Alma, atque semper Virgo, fælix Cæli porta. Qui plura de laudibus Mariæ Virginis, desiderat, legat Mariale busti, vbi magno verborum apparatu, digna tanto viro in ueniet. Hæc intantum.

Cur Reginę Esther similis. *Cur simi lis Lunæ.* *Cur Nubi similis.*

Quem terra pontus, &c.



ARBITROR vos scire, Christum media nocte, natum esse, & ideo hymnus iste, quem præ manibus habemus, canitur ad ostendendũ, quòd quando Christus, natus est, Mundus tunc temporis, erat in tenebris, propterea, nulli mirum si iure optimo in Matutino, & in nocte ipsa, vt paulo ante tetigi, cantetur iste ab Eccl. sic. Quem terra, pontus æthera, &c. Quorum verborũ hic, est sensus. Venter Mariæ Virginis baiulat, hoc est portat regentem trinam machinam, idest mundi formationem, vt terra, pontus .i. Mare, Ætera .i. Cælum, vel splendor ætheris, idest Cæli, tibi stellæ sunt. Vel sic. Venter Mariæ baiulat illum, quem terra, pontus, & ęthera colunt, adorant, & prędicant. Vel sic. Terra, idest homines boni, pontus, idest mali, ęthera, idest Cęlestes creaturæ, colunt, honorant, & illum prędicant, quem Claustrum Mariæ baiulat, Cui Luna, Sol, &c. quod est dictu. Viscera hoc est membra puellæ .i. Virginis Mariæ profusa, siue gratia repleta, Cæli, gestãt, siue

Cur in nocte hymnus iste cantetur. *Quid per Terram.* *Quid per pontus.* *Quid per ęthera.*

siue portant Christum, cui Christo, Luna, variatione sua, crescit namque, & decrescit, Sol quoque, cursu suo, & perfectione, & omnia, quæ sunt in sua creatione, Christo libenter per tempora deseruiunt. Beata ergo Mater munere, idest ò Virgo, quæ munere, idest dono filij tui, fuisti Mater, eo quia Deus Pater, suum sibi donauit filium, cuius supernus Artifex, quòd est dictu. Tu es illius Mater, qui Cælestis, est artifex, & Creator. Et vt artifex de sua arte, quicquid vult facit, ita perfectiori, ac digniori modo, supernus artifex Cælestis, quicquid vult facit, & ideo subditur; Mundum pugillo continens, ideft sua dispositione. Verùm quia, est artifex supernus, ideo ventris sub arca, claussus, est .i. sub ventris clausura, Beatæ Mariæ Virginis. Beata ergo Cæli nuntio, &c. Multi quidem sunt nuntij, puta Regum, Imperatorum, Principum, & aliorum Dominorum, sed quia terreni, & mortales, ideo non beati, nisi in spe, Virgo autem Maria Beata, ob alti Regis nuntium, qui totius mundi, Rex est, cuius imperio à nuntio Gabriele Angelo, Christi filij Dei, fuit annunciata, incarnatio, & ideo, fæcunda Sancto Spiritu, desideratus gentibus, &c. idest ob id Dei filius, est valde desideratus à Prophetis, & Sanctis Patribus in pænis ante eius aduentum, existentibus, hisque verbis rogantibus. Rorate Cæli desuper, & Nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Ab alijs quoque in mundo existentibus, erat mirum in modum desideratus; Nam isti dicebant. Veni Domine, & noli tardare. Tu enim per aluum .i. ventré fusus, es idest manifestatus, dico autem per ventrem gloriosæ Mariæ Virginis, cuius dignitas, est commendata, Primò; Nam, quem Cæli capere non poterant, in vtero suo Virginali, ipsa gestauit. Demus ergo huic gloriam, ita dicentes. Gloria tibi Domi-

ne,

ne, qui natus es de Virgine, cũ Patre, & Sancto Spiritu, in sempiterna sæcula. Amen.

O' Gloriosa Domina, &c.



MPOSITVRI extremam manum hodierna die, hymnis omnibus, quos declarare sumpsimus, de Virginis Mariæ ad huc laudibus, verba faciemus, cui tãta à Deo gratia, data, vt Christum mundi Saluatorẽ portare meruerit, ideo gloriosa, & beata, super omnes mulieres, dicta. Vnde nunc canitur. O' gloriosa Domina, &c. quasi dicat Eccl. Sancta. ò alta, siue excelsa super stellas in Cælo vltimo, vbi omnis delectatio sine molestia, qui te creauit prouide, idest sapienter, in sua sapientia; lactasti, siue lacte nutriuisti, sacro vbere. Vnde quod Eua tristis abstulit, &c. q. d. Eccl. tu ò Virgo Beata, reddis, ac donas nobis almo germine, puta cũ filio tuo, quod .i. illud quod Eua tristis abstulit, hoc est paradisum, perdidit. Intrent ergo vt astra flebiles, &c. Hoc est, vt flentes peccata eorum, intrent astra .i. Cælos. Sed cur? certè quia fenestra Cæli facta es, & aduocata nostra. Tu regis alta ianua, &c. quod est dictu. Tu Virgo Maria, Cæli ianua es, & porta, per quam animæ iustæ, vitam intrant æternam. Ianua quoque, es alti Regis, quia tuus venter, Dei habitaculum omnipotentis, factus est. Tu etiam porta fulgida lucis, idest Christi, qui lux Patris, ideo gentes redemptæ plaudite, hoc est, ò vos omnes gentes à Christo redemptæ, suo proprio sanguine, plaudite, atq; gaudete; Nam Virgo Maria auctorem suo Virgineo lacte, nutriuit; Generis humani, lapsi, reparatrix fuit; Vitæ instaura-

Quid nobis Virgo Maria dederit.

Cur Ianua dicta Virgo Maria.

instauratrix; Cæli Reseratrix, ideo super omnes Cælos exaltata, vbi gloriosa, in Cælesti throno residet. Tu ergo sancta Dei genetrix Virgo, quæ tuo sancto germine, id est tuo Sancto ventris tui fructu, IESV Christo, nempe, reddis, ac restituis Paradisum, per Euam clausum; pandisq; vbi est Dies æternus; Vbi securitas certa; Tranquillitas æterna; Fælix suauitas, & iucunditas, tanquam fenestra facta, succurre agentibus pęnitentiam, & da quietem exposcentibus; Tu enim Mater es, & Misericordiæ, nos ideo
Dub: ab hoste protege, & in hora mortis suscipe. At pollẽtes ingenio, dubitabitis, dicentes, cur hymnus iste
Sol. in aurora canitur? Respondetur, id fieri propter hãc caussam, quia postquam Christus, est natus, homines tunc ipsum scire cæperunt, propterea, in aurora canitur. Quilibet ergo interim ita viuat in conscientia, vt non moriatur in vita. Amen.



FINIS.

Si quid in hoc volumine, sit dictum, quod Sacro Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, aut repugnet, aut non consentiat, esto indictum.

INDEX

INDEX HYMNORVM Ecclesiasticorum.

Tt Nox



INDEX
Quæstionum, & rerum notabilium.

Tt 2 Fer-



Errores,

Errores, sic corrigendi,

Dicente: dicentes.	pag.14		Regnare: vt regnaret.	pag.139
At hic: vt hic.	pag.9		De facto: de festo.	pag.145
Nollo: nullo.	pag.4		Per sanguine: sanguinem, & aqua, aquam.	pag.175
Vorax: verax.	pag.35		Viuit: vicit.	pag.187
Donatu: conatu.	pag.38		Maneas: manens.	pag.196
Sperant: spernat.	pag.41		Verę: verè.	pag.229
Calorem: calore.	pag.46		Hor.: ora.	pag.231
Considerанda: considerata.	pag.47		Quæ oliuę: Duæ oliuæ.	pag.241
Sommus: somnus.	pag.52		Paulæ: Paule.	pag.243
Ad impietati: ab impietate.	pag.70		Operis: Asperis.	pag.244
Fornicationis: fornicationes.	pag.70		Vinculi: vinculis,	pag.245
Supradictorum: supradictarũ.	pag.86		Dauo: dabo.	pag.200
Debitis: debetis.	pag.90		Vim: vini.	pag.251
Comparatas: comparatus.	pag.98		Anhelis: Angelus.	pag.265
Quo: quia.	pag.99		Prophetetę: Prophetę.	pag.267
Ruant: Ruat.	pag.100		Ab optinendũ: Ad optinendũ.	pag.267
Ignem: igne.	pag.106		Particeps: participes.	pag.267
Viacet: Vincat.	pag.107		Tertia: Tertiò.	pag.269
Venturæ: Venture.	pag.116		Triforiam: Trifariam.	pag.269
Terminate: terminare.	pag.118		Tristia: Tristicia.	pag.281
Sanctam: sancta.	pag.122			





BONONIÆ,

Apud Ioannem Baptiſtam Bellagambam.
Cal. Martij. 1606.

PERMISSV SVPERIORVM.



